q **Veritur** vtruz nomen equocũ sit nomẽ vnũ vel plura noia? Et ꝙ plura videt: naz multiplicato eo ꝙ est formale in aliquo multiplicatur t ipsũ: sed ratio significandi est formale in termino equoco: t in eo sunt plures rõnes significandi: ergo ipsum nomẽ equiuocũ multiplica: quare tc. ¶ Itẽ impossibile ẽ duo accidẽtia eiusdẽ speciei eẽ simul in eodẽ subiecto: t hui⁹ rõ ẽ: nam impossibile ẽ idez subiectũ moueri ad eadez speciẽ duob⁹ motib⁹: vt ꝙ aliqõ subiectuz simul t semel moueat duab⁹ dealbationibus ad eandẽ albedinẽ ſm spẽm ẽ impossibile: sed oẽs rõnes significãdi sũt eiusdez speciei: ergo impossibile est ꝙ sint ĩ vno nõmine plures rõnes significãdi: cũ ergo in termino equoco sint plures rõnes significandi: ipse erit plura nomina. ¶ Itẽ sicut modus specificus se hz ad ptẽ orationis: sic ratio significãdi se habet ad nomẽ: sz si plures modi specifici aduenĩãt alicui voci: illa vox dicẽt plures partes: vt amor est nomen t verbũ: ergo eadẽ rõne vox habens plures rõnes significãdi dicẽt plura nomina: ergo tc. ¶ Oppositũ pz per phum. ca.1. Dicit enim in ꝓncipio hui⁹ ꝙ res sunt infinite: nomina vero finita: t rõnuz multitudo: tõ necesse est vnũ nomẽ plura significare. ¶ Itẽ si nomẽ habẽs plures rõnes significandi dicẽt plura nomia: eadẽ rõne habẽs plures artes t plures sciẽtias: dicetur plures artifices t plures sciẽtes: hoc ãt nõ dicimus: cõsequẽtia patet: nã sciẽs a scientia denominat sicut nomẽ a rõne significandi. Ad qõnẽ ¶ Ad qõnem dicẽdũ: ꝙ nomẽ equocũ nec debet dici simplicit vnũ nomen nec plura nomina: sed nomen multiplex quasi sub vno multa plicãs: hoc est manifestum: naz nomen dr tale eo ꝙ sic ꝓ intellectum ponitur: vnde intellect⁹ est ꝓncipium nominũ: cum sit imponẽs ad placitum. Nomen ergo est quoddã artificiale: sed in artificialib⁹ tota substãtia est ipa materia. Unde artifex operatur ex materia quã sibi ministrat nã: sed ipsa vox ẽ materia t substãtia nominis: manente ergo vnitate vocis nõ dicetur illud nomẽ plura nomina: sed in termino equiuoco vox est vna: g̃ tc. Nec simplr debet dici vnum nomẽ: nam ibi sũt plures rõnes significãdi. ¶ Relingtur ergo dicẽdũ ꝙ sit nomẽ multiplex. Et hoc vult Boet⁹ in diuisiõibus. Dicit enim ꝙ si res non sit significata vox non dicit signum. Si aũt plures voces imponãtur pluribus rebus: ille voces dicentur plura nomina. Si aũt vna vox ponat vni rei: illa vox dicet vnuz nomen vel nomen simplex. Si aũt plurib⁹ rebus imponatur vna vox: illa dicet nomen multiplex. ¶ Ad primũ argumentũ dicẽduz ꝙ ꝓncipalia in rebus naturalib⁹ multiplicato eo qõ ẽ formale: multiplicat t ipsũ: nõ autem in artificialib⁹ sicut ẽ in ꝓposito: qz ipsoꝝ substãtie sũt sue materie: t nõ sue forme: sicut ẽ in naturalibus. ¶ Ad aliud dicendum: ꝙ illa propositio potest intelligi de accidentibus que inducunt per motũ: rõnes aũt significandi non inducuntur per motum sed sunt intentiões iducte per animã. Uel potest dici per interemptionem: ꝙ nõ omnes rõnes significandi sunt eiusdem speciei: quia rõnes significandi diuersificant ſm diuersitatem cõceptuũ. Uel potest dici ꝙ rõnes significandi sunt in signo vt in termino. Nunc aũt plures relationes possunt esse in eodem sicut in termino. In eodem enim patre possunt esse plures filiationes tanqz in termino. ¶ Ad vltimũ cum dicitur: si plures modi specifici aduenĩãt tc. falsum est: non enim dicet plures partes: sed pars multiplex. Ad arg^tum ꝓncipalia

Questio sexta.

q **Veritur** vtrũ ẽmi nus equocus cõtineat sua significata ꝑ modum disiunctionis? Qz sic vr. nã ẽmin⁹ equocus ꝓportionat toti vli: sed totũ vle qõlibz suũ supp^m ideteriate põt t nullũ actu quantũ ẽ de se: ergo simlr se hẽbit vox equocus

uoca ad sua significata. Cum ergo totum vniuersale diffinctiue se habeat ad sua suppositа. Et vox equiuoca silr se habebit ad sua significata. Si dicat q vox inq̃tū vox se habet ad sua significata: sicut totum vniuersale ad sua suppositа. Sz vox vt habz diuersam rōnem significandi non respicit sua significata sicut totū vle sua suppositа. ¶ Sed cōtra: sicut totū vniuersale ꝑm aliō sui z aliud correspōdet vni supposito z alteri sic terminꝰ equocus per aliā z aliā rationem significādi respicit vnuz significatum z aliud: ergo vox equiuoca vt habēs diuersas rōnes significādi ꝓportionat totī vniuersalī: z p ꝫ̄ reddit argumētum. ¶ Itē ad ꝓncipale ois vox significatiua ordinatur ad exprimēdū mētis cōceptum: g̃ necesse est vocē significare: sicut possibile est eam cadere subvsu exprimētis. Sz vox equiuoca sub vsu exprimētis solū cadit ꝓ hoc vel ꝓ illo: nam simul nō potest nisi vnū itelligere: ergo zc. ¶ Itē p Aristotelē Illa diffiunctiue p terminū ꝓportātur de q bus cōtingit querere vtrū sermōe plato. Sed sic dicto Canis currit: cōuenit querere vtrū aial latrabile sit vel sydus celeste. z sic de alijs: ergo zc. ¶ Itē per Arī. i thopicis: ad cōstruendū multiplex sufficit cōstruere i altero sensu hoc vel illo. ¶ Item termino equoco semel posito nō conuenit vti equoce p Boetiū ergo terminꝰ equocꝰ determinate acciperet ꝓ hoc vel ꝓ illo. ¶ Ad oppositū si sic eēt: nō eēt respondendum ad terminū equocū per distinctionē si predicatū vni significato z cōueniret imo respondendū eēt simplicit q talis ꝓpositio eēt simpliciter vera. Illa diffiuctiua est vera cuius altera pars ē vera ergo zc.

Questio septima.

Arta hoc q̃rit: vtrū terminꝰ equocus cōtineat sua significata per modū copulatiōis? q sic videt. Maz q significat actu plura significat: ḃ z ḃ: sed terminꝰ equiuocus eo q equocꝰ est significat plura actu: ergo zc. ¶ Item illa significantur copulatiue p terminuz q̃ actu cōcipiunt sermone prolato. Sed sic dicto Canis currit: multa significata possunt apprehendi ergo zc. ¶ Itē p Arī. in lib. periermenias si tunica ponat ḣoi: z equo: z dicatur Tunica ē alba: idē ē ac si diceret ḣomo est albus: z equꝰ ē albꝰ: Sed hic multa ꝓportant copulatiue g̃ zc. ¶ Itē p ꝑm non refert q̃rere vtrū. Callias z The. sint domi: q̃ sicis eēt vnū nomē: ipsis tñ diuersis: sz hic cadit copulatio g̃ zc. ¶ Ad oppositum si sic esset tunc ad oratiōnē multiplicem nō esset respondendū p distinctionē Sed respondendum q eēt simpliciter vera vel simpliciter falsa. Vera enim si predicatum omnibꝰ significatis attribueret: falsa si alteri significato non cōueniret: nā copulatia ē falsa cuiꝰ alta ps ē falsa. ¶ Ad ꝑm .q. dicēdū: q hec qō: vtz terminꝰ equiuocus contineat zc. dupliciter pōt querere. Uno modo vtrū terminꝰ equiuocꝰ significet vnū totum diffinctū. Et alio mō vtruz significet hoc vel illud indeterminate Et dicēdū q neutro modo. Non ꝑmo modo quia sic equiuocū vnū solum significaret. hoc enim totū aial latrabile vel celeste fidꝰ sub rōne determinata occurreret intellectui: z p ꝫ̄ terminus equiuocꝰ vnum solum significaret. Sed de ratiōe equiuoci est plura significare. Nec scōdo modo: naz q̃libet vox significatiua aliquid determinate repꝛesentat itellectui: qō enim vnū nō significat nihil significat: sed si significaret hoc vel illud diffiunctiue nihil determinate significaret: hoc idē patet p rōnē supta in oppositum. ¶ Ad primū dicendū est: sicut dicebatur. Ad illud in ꝓrarū dōm q licz vox equiuoca in eo q ꝑm aliud: z aliud respicit aliud z aliud significatū ꝓueniat cum vli: quod ꝑm aliud z aliud respicit sua suppositа: in alio tamen est differētia: nam i termino equiuoco non cōtingit cōsiderare aliq̃z rōnē cōem in qua significata cōueniāt ꝑter solā vocē: sz in toto vli cōtingit cōsiderare aliquā rōnem in q̃ supposita vniuocant: z iō non est sic. Ja alio etiam ē dīa: nā ois ratio significādi actu i portatur p terminū equiuocū: sed nullum suppositū ꝓportatur actu p terminū cōmunem ideo nō est simile. ¶ Ad aliā rōnem cum accipit q necesse ē vocem significare solū sicut possibile est eam cadere sub vsu exprimētis dico q illō falsuz est: nā voces

c. 1. z cō. mē. in eo. dez loco.

Ad ꝑmaz qōnem.

Ad argtᵃ. ꝑᶜ qōnis.

sunt finite: z rationū multitudo: res autez infinite. Et ideo necesse est vnū nomē plures res significare: z tñ vtēs nō pōt vti illa voce sil'z semel nisi p vno significato. Vel pōt dici q̄ q3 multa p terminū actu iportātur: ideo vtens pōt vti hoc termino p hoc significato vl' illo. Ad aliō rēspōdenduz est p interemptionē minoris quādo accipit sic dicto Canis currit: contingit querere de quo cane fit sermo: hoc nō est verum. Nā si dicat q̄ callias z themi. sunt domi. nō ꝓtingit querere vtruz callias sit domi: Sil'r est in ꝓposito: nam hec actu significant ꝓ lato sermone. Ad aliud dicēduz q̄ illud habet intelligi quādo multiplicitas ē latēs: naz ipse subdit q̄ vtēdū ē hmōi loco i his q̄ latent. Ad vltimū dō: q̄ licz vtēs termino equoco sil'z sel' nō possit vti eo ꝓ pluribus significatis: illa: tñ dictio ē plurū significatiua. Ad aliā q̄nē dom q̄ illa quēstio triplicē pōt hēre intellectū: z duo itellect⁹ sunt falsi: z tertius pōt hēre veritatē. Primo potest sic intelligi: q̄ terminus equocus significet vnū cōceptū copulatū sicut faciūt isti duo termini duo et tria in ista oīone: duo z tria sūt gnqz. Alio modo pōt itelligi sic q̄ significet duos cōceptus adinuicē copulatos mediāte copulatiōe: sicut ē i ꝓpositōe copulatiua. Tertio mō pōt itelligi. s. q̄ inter act⁹ significandi cadat copulatio: z iste itellect⁹ pt eē verus. Primus itellect⁹ est falsus: nā de rōne equoci ē significare plura sicut de rōne vnuoci significare vnū: z quod hz vnā rōnē intelligendi si significet pōt hēre vnam rōnem significandi. Sed totū copulatū potest habere vnaz rationē intelligēdi: cum sit extremū orationis: ergo habebit vnaz rationē significādi. Sed ad terminū equiuocū requirunt plures rōnes significandi: ergo iste intellect⁹ quēstionis est falsus Sil'r secūdus intellect⁹ est falsus. s. q̄ significet duos cōceptus adinuicem copulatos Nā de rōne ꝓpositi nō est aliqd posteri⁹: sz itentio significata p nomē: ē nāl'r ꝓior itentiōe significata p cōiunctionē: g̃ de intellectu nois nō erit copulatiua ꝓiunctio. Ité fallacia equocationis nō peccaret fm multiplex nā in oi oīone acciperet nomen equiuocū p oi significato: z nō q̄nqz p vno q̄nqz

ad 2am qō hem

ꝓ altero: et p ꝓns fm multiplex nō peccaret fallacia equocationis. Si tertio mō itelligat. s. q̄ inter actus significādi cadat copulatio: non aūt iter res significatas: tunc intellect⁹ pōt esse verus: nā canis significat latrabile animal: z significat marinam beluā z̄c. vñ inter actus significādi cadit copulatio: nō aūt iter res significatas. Nā inter significata termini equoci nulla est hitudo. Ad primū argumētū dicenduz q̄ si itelligit q̄ inter act⁹ significādi cadit copulatio: tunc cōcedo maiorē. Si inter significata: nego. Ad fm nego maiorem. Ad arg^m se cūde qō.

Ad tertiū dicendū q̄ idē est dicere equ⁹ est albus z hō est albus z dicere: tunica est alba: q̄stū ad pluralitatez significato z: nō aūt q̄stū ad modū significādi. nā sicut hec: hō ē albus z equus ē albus: significāt plura: sic hec: tunica est alba. Ad vltimū dicendū: q̄ q̄stum ad pluralitatem interrogationū vez est qđ dicit Aristo. Et ideo subdit Arist. q̄ iō. Si nō est rectū ad plures interrogationes rēspōdere vna rēsponsiōe non erit rectum ad nomeu equiuocū vna rēsponsione rēspondere.

Quēstio octaua.

q

Queritur vtrū terminus equocus habeat omnia sua significata actu respectu prędicati? Et intelligo quēstionem sic: Terminus vniuocus determiate vnū significat: z illud actu ponit respectu prędicati: terminus vō equocus significat actu plā: nō erit qđ vtrū illa plā ponat actu respcū ꝑdicati sicut terminus vniuocus vnū: q̄ nō videt: q̄z si sic: hec esset icōgrua Canis currit: q̄z hic geminantur subiecta z nō geminat act⁹. Ité si sic esset: tūc hec ꝓsequētia eēt bōa: Canis currit: ergo animal latrabile: currit: cōsequēs ē falsum g̃ z añcedēs. Falsitas cōsequentis patet: nā determinata falsitas in cōsequēte arguit determinatā falsitatē in añcedente: si ergo hec eēt falsa: latrabile aial currit: hec eēt falsa canis currit: qđ nō est verū. cōsequētia ꝓz: q̄z illud qđ actu significat per terminū segt ad ipm. Ité cōmētator alexāder dixit: q̄ terminus equocus significat vnū significatū ac si aliud nō significaret:

ſz hoc nō eſſet niſi vnū tm̄ ſignificatū poneret actū reſpectu p̄dicati. Jté de eo qđ actū ſignificaſ p terminū: ſatuū eſt querere. Plato ꝓmone: an de ipſo fiat ꝓmo: ſed ſic dicto: Canis currit: vere pōt queri de quo cane fiat ꝓmo virū de latrabili animali vl̄ celeſti ſydere: ḡ ꝛc. ¶ Jté ſi ſic eēt: non poſſet cōtrahi ad aliqđ iſtoꝝ p aliqđ imediate ad iunctū: cōſequēs falſum: nā aliter nō cōtigeret cōceptū mentis ſignificare: cōſequētia patet: nā nihil ꝓtrahiť ad illud qđ actu ſignificat: hō enī ad naturā humanā ꝓtrahi nō poteſt cū illā actu ſignificet. ¶ Jtem ſi ſic eſſet: ppoſitio multiplex nō eēt diſtinguenda: ꝓns eſt falſum vt pz p phm: cōſequētia etiā pz: nā diſtictio ē determinata acceptio termini p vno ſignificato: ſed ſi oīa ſignificata actu ponerenť reſpectu p̄dicati: tunc oībus attribuereť p̄dicatū: ḡ re ꝛc. ¶ Ad oppoſitū. Si vox equiuoca nō haberet oīa ſua ſignificata actu reſpectu p̄dicati: oporteret q̄ poſitiuū aliquid ab ipſa voce tolleret poſita reſpectu p̄dicati: qđ ab ea per ſe ſumpta nō auferť: ſed nihil auferť a voce poſita reſpectu p̄dicati niſi ſola negatio: ergo ꝛc. ¶ Jté illud determiate ponit in qōne ad cuius rñſionē exigitur dicere ad illud ſic aut nō ſic: ſed ſi querak: currit ne canis: hec queſtio q̄rit rñſionem ad oīa ſignificata iſtius termini canis: ad omne. n. multiplex eſt rñdēdū ſic aut non ſic: ſed nō vna rñſiōe: ḡ ꝛc. ¶ Jté illa ſignificanť p terminū que cōcipiunť ꝓmone, plato: ſed ſic dicto Canis currit: pñt plura actu cōcipi: qz vnus pōt accipere ly canis pro animali latrabili: z alius pro celeſti ſydere: ergo ꝛc. ¶ Jté ſi aliqs ad multiplex rñdet vna rñſione: nō cōtingit ipſum vtare cōtradictionē: ſed ſi terminꝰ equiuocꝰ vnū tm̄ ſignificatū poneret reſpcū p̄dicati: poſſem ſimplr̄ cōcedere oz̄ōnem p illo ſignificato: nec fieret mihi redargutio i amittēdo multiplex: q̄re ꝛc. ¶ Circa iſtā qōnē ē duplex modus dicēdi. Quidā ponūt q̄ ly de rōne termini equoci ſit q̄ ſignificet plā: tñ de rōne eiꝰ nō ē q̄ ſemp actu repſentet plā nā ſi ponať i oīone ponet vnū ſignificatū tm̄ reſpcū p̄dicati ideterminate tm̄: nā alr terminꝰ equocꝰ eēt ſignū iutile. Et hꝰ ꝓfirmāt p tres rōes pmo poſitas p ordinē. Quarū pria ē de ꝓnīa iſta: Canis currit: ḡ aial latrabile currit. Jſta āt poſitio ñ pōt ſtare pp duo, nā terminꝰ equocꝰ ſigcat ſua ſignificata ſub ppriis rōnibꝰ. Sz ponere q̄ terminꝰ equocꝰ repñtet indeterminate aliqđ ſuoꝝ ſignificatoꝝ: ē ponē ipm̄ ſignificare ſua ſignificata ſub rōne cōi. Ponere ḡ terminū equocū ſignificare aliqđ ſuoꝝ ſignificatoꝝ ideterminate: ē ponē ipm̄ nō ſignificare ſua ſignificata ſub ppriis rōnibꝰ. Et p ꝓns ē ponē ipm̄ nō eē equocū. Jté ſi terminus equocus vnū ſuoꝝ ſignificatoꝝ reſpectu p̄dicati poneret: poſſet talꝰ oꝰ ꝓcedi vl̄ negari ſimplr̄ p illo ſignificato: nec oporteret ad terminū equocū rñdē p diſtictōez ſic ad multiplex. Et iō dđ ē q̄ terminꝰ equocꝰ actu q̄tū ē de ſe: oīa ſua ſignificata ponit reſpcū p̄dicati. Et hui⁹rō ē: qz vox non ppor̄ ipi rei: niſi p rōnē ſigificādi. Sz i termio equoco ſūt actu plēs rōnes ſignificādi: ḡ i termio equoco erūt actu plā ſignificata: maior z mior patet. ¶ Ad pm̄ arm̄ dđ q̄ terminꝰ equocꝰ repñtat z ſignificat vnū ſignificatū ac ſi aliō ñ ſignificaret: qz iter ſignificata termini equoci nulla cadit hītudo media. Vñ canis ñ ſignificat ea p modū ſimultatis: neq; p modū geminati neq; numerati. Sz tria repñtat ſine hītudie. quoꝝ qōlibet pōt eē ſufficiēs ſubiectū reſpectu p̄dicati: z iō nō eſt icōgrua hec: Canis currit. Ad hoc aūt q̄ eēt incōgrua oporteret q̄ actꝰ ſub rōne vnīꝰ attribuereť ſubiecto ſub rōne geminati. ¶ Cōtra iſtā rñſionem arguiť: qz tūc nō eēt hec icongrua Sortes Plato currit: qz illud nō ſignificať ſub rōne ſimultatis. Dicēdū q̄ hec nō ē icōgrua Mā Ari. vtiť talibꝰ iterrogatōibꝰ: Eſt ne celū terra mare vel nō. ¶ Ad 2m̄ dđ: q̄ iſta cōſequētia ñ valet Canis currit: ḡ aial latrabile currit. Mā ad hꝰ q̄ ꝓnīa fit bona opz q̄ ꝓns vtualr̄ icludať i añcedēte: z nō ſub ppria rōne: nūc āt ꝓns ſub ppria rōne iclūdiť i añcedēte z iō ꝓnīa ñ valz. Sed forte aliqs diceret ad hꝰ: q̄ ex copulatiua ſequiť q̄libet ps: z tm̄ q̄libet ps icludiť i copulatiua ſub ppria rōne ḡ: ſilr̄ ꝓnīa iſta erit bōa. Dicēdū q̄ ex copulatiua inq̄tū hz ptes diſtinctas ad inuicē nō copulatas: nō ſequtur altera ps: ſz inq̄tū hz itellectū copulatū diſtinctuz ab itellu vtriuſq; ptis. Sed i termi

Ad arg^ta. ꝓncipalia

nō equoco nō est aliquis ꝯceptus cōis oī
bus significatis: qz nihil est eis cōe nisi sola
vox. z tō nō ē sīle vtrobiqz. ¶ Ad 3m ꝑnci
pale dō q cōmentator alexander nō itelli
git nisi q terminus equiuocus significat
sua significata sine aliqua habitudine me
dia. Ad aliud dō q sic dicto: canis currit: ñ
dz qđ de quo fit ꝓmo. nā hic actu plura
ponunt. Sz pōt q̄ri ꝑ q̄ significato vtens
dz vti termino equiuoco. ¶ Ad aliud vtz
termin⁹ equoc⁹ possit ꝯtrahi vel nō vide
dit inferi⁹: verūtū rō eq̄liter cōcludit ꝯtra
illā positionē sicut cōtra istā. Nā si de rōne
termini equoci sit repugnare vnum indeter
minate respcū ꝑdicati. salua rōe termini eq
uoci nō posset cōtrahi ꝑ aliqđ ad determi
natū significatū. ¶ Ad vltimū cū dicit: di
stinctio est determinata acceptio zc. falsuz
ē: quia distinctio istam determinatā acce
ptionē ꝓsupponit: z est vlteri⁹ manife
statio sensus veri z sensus falsi: quare zc.

Questio nona.

Queritur vtruz ter
minus eq
uocus possit ꝯtrahi ꝑ ime
diate adiunctū: ita q̄ de vir
tute ꝓmonis solū possit ac
cipi ꝑ altero ei⁹ significato?
Oz! sic vī. Nā multū ē equiuocū ad multū
in aere z in aq̄ p ꝓbm. vij. physicoz: sz cuz
dicit multū in aere ꝯtrahit: ḡ zc. ¶ Itē per
cap⁹. 12. ꝓbm ibidē z ꝑ⁹ thopi. Albū est equiuocuz
ad albū in voce z ad albū in coloze: sed cū
dī albū in voce nā ꝯtrahit: ḡ zc. ¶ Item si
dicat aiax venit ad troiā: z aiax fortiter pu
gnauit: dubiū est vtrū de eodē aiace fiat ꝓ
mo. Sed si dicat aiax venit ad troiā z ideꝝ
fortiter pugnauit: certū est q̄ de eodem fit
sermo: aiax ergo contrahit ꝑ hoc relatiuū
idē. ¶ Itē vbi termin⁹ equocus nō posset
cōtrahi ꝑ immediate adiūctum: i noibus
ꝓprijs frustra adderent cognomina: naz
cū sic dī: Petrus helye: vbi ly helye qđ ē
cognomē nō ꝯtraheret ly petrū: frustra ad
derēt. ¶ Ad 0m. Nihil ꝯtrahit ad illd qđ
actu signi[cat]: qz. n. hō significat nāz hūanā:
tō ad nām hūanā ꝯtrahi nō pōt: sz termi
nus equocus actu significat plura sub ꝓ
prijs rōnib⁹: ḡ ad nullū eoꝝ ꝯtrahi potest.
¶ Itē adiūctum non ꝑmutat nām illi⁹ cui
adiungit: qz si sic sibi nō adiūgerēt: sed de
rōne termini equoci est q̄ significet pla: ḡ
manēte ei⁹nā ad nullū eoꝝ ꝯtrahi potest.
¶ Itē si posset ꝯtrahi ꝑ imediate adiūctū:
tūc q̄ro vtꝝ illud imediate adiunctū signi
ficet idē qđ termin⁹ equocus i altero eius
significato: vel significet aliquam ei⁹ ꝓpie
tatē: vel significet aliqđ quod ptinet ad al
teruz significatuz qđ contrahi non dz. Si
ꝓmo modo: erit ibi nugatio. Si secundo
modo. s. q̄ sit ibi ꝯtractio ratione alicui⁹ si
gnificātis ꝓpietatem alterius significati.
Et ita rōne ꝓuenīētie rei sit ꝯtractio: tunc
posset eē cōtractio ℔: oē aīal est homo. Si
ter⁹ mō: erit repugnātia itellectuū: q̄re zc.

Questio decima.

Arta hoc queritur
vtrū terminus
equiuocus possit ꝯtrahi ꝑ
mediate adiunctū? Et vide
tur q̄ sic. Nam ꝑ Boetiuz
si dicatur Canna romano
rū sanguinē sorbuit. Hic ly canna est equi
uocū: z idifferēs vt accipiat ꝑ fluuio z ꝓ
calamo. Si tñ dicat Canna romanoꝝ san
guinē sorbuit plen⁹: iam cōtrahit vt acci
piat ꝓ fluuio: z additū est mediate adiū
ctū. ergo zc. ¶ Itē amor est equocū ad no
men z ad vbū. Si tñ dicat amor est bon⁹:
iam cōtrahitur ad nomē. ¶ Ad oppositū:
si terminus equoc⁹ ꝑ mediate adiūctū pos
set cōtrahi ad alterꝝ significatoꝝ: hec nō es
set distīguēda Canis currit: sz ℔ ē falsū: ꝓse
quētia pz. nā ly currit ꝯtrahit ly canis ad
illud significatū cui cōpetere pōt cursus.
¶ Ad ꝑam q̄nē qđā dicūt q̄ necesse i equi Ad ꝑmaz
uocū cōtrahi ꝑ imediate adiunctuz. Et rō qōnem.
eoꝝ est ista: qz finis imponit ꝑ necessitatem
his q̄ sūt ad finē: vnde a fine accipit neces
sitas i reb⁹. Quia enim finis ferre est diui
dere: i hūc aūt finē nō pōt nisi sit dentata:
nec dentata pt i illū finē nisi sit ferrea: Et
tō a fine accipit rō: quare necesse ē ferrā eē
ferreā z dentatā. Sīlr dicūt in ꝓposito. Fi
nis enim sermonis est vt exprimam⁹ que
apud nos sunt. i. que in mēte cōcipim⁹: vñ
ad hūc finē ordiat q̄libet vox significatiua
Sed oratio in qua ponit terminus equi
uocus: in hūc finē nō posset nisi ꝑ imedia
te adiunctū cōtraheret. nā cū actu plura

ꝑ terminū equiuocū significenť: nisi possz cōtrahi nō possemus vti eo ꝑ altero significato: z ꝑ cōsequēs vel oporteret eo vti ꝑ omnibus significatis vel ꝑ nullo. ſz eo vti ꝑ plurib⁹ ſit nō possumus: vt ḡ sit instrm cōueniens ad illū finē: necesse est ꝙ per īmediate adiūctū ꝛtrahať. Et vlteri⁹ dicūt ꝙ sicut in impositiōib⁹ vocū nō est rō querenda: cū imponātur ad placitū: sic in tali contractione equoci nō est rō querēda: ga ex volūtate imponiť terminū equiuocum sic cōtrahi. ¶ Cōtra istos arguiť. Et primo videť ꝙ sic: dicētes fingāt aliqd a pte ipo. sitionis vt euitent difficultatē questionis. Nam si cōtrahiť ꝑ immediate adiūctū z habeat ꝫ ex ipso imponente vt sit instrm cō. gruens in suū finē. Eadē rōne potuit ipo sitor posuisse terminū equiuocū ꝑ media te adiunctū contrahi posse. Nā sic eēt instrm magis congruū i suū finem. Et tolle reť ambiguitas i sermōe. Et per ꝛsequēs hmōi ꝓpositiones Canis latrat: Canis lu. cet: Canis natat: nō poneremus eē distin. guendas: eadē coacti necessitate vt ꝓpter finē sermonis. Ulterius qñ accipiunt ꝙ i impositionibus vocū non est ratio querē da: illud non videť verū. Nā licet signifi. cata incōplexoꝝ ꝓbare nō possimus: si. gnificata tñ cōplexoꝝ ꝓbare possum⁹: qz hoꝝ habemus media determiata: vt signi ficata icōplexoꝝ: ꝙ ḡ ꝫ cōplexū Canis cur rit: z alij hmōi determinate significēt aliq̄d: hoc nō debemus accipe a volūtate im ponētis: sed recurrere debem⁹ ad signifi. cata icōplexoꝝ. ¶ Propter ista duo q̄sita intelligendū est ꝙ termin⁹ equiuocus ꝑ. ꝓxie loquendo nō potest ꝛtrahi per īme. diate sibi adiunctū: nec ꝑ mediate. Nā ꝛtractio est determinatio alicui⁹ cōis: ita ꝙ aggregatū ex ꝛtrahēte z ꝛtracto necesse ē repsentare intellectū determinatiozē q̄z sit ītellect⁹ ipsi⁹ ꝛtracti de se. Sed in termino equoco non ē itell's cōis oībus significatī. qz cū equocata ꝑ terminū equiuocū signi. ficenť sub ꝓprijs rōnib⁹: nihil ē eis cōe ꝑ. ter solā vocē que ꝛtrahi nō pōt cū sit singu laris. Propter q̄ vox equoca pl'a signifi cās sub ꝓprijs rōnib⁹ de vi ꝫmonis nō ꝑt ꝛtrahi ad alterū suoꝝ significatoꝝ. nā ibi fūt plures rōnes significādi actu coꝛrespō dētes diuersis significatis: q̄bus nihil est cōe nisi vox. Per accīs tñ z ꝑ quendā di. scursum possumus accipe terminū equocū ꝑ altero significato. Nā audiens aliquem loquētē ꝑ terminū equocū bñ ꝓcipit ꝙ nō intendit significare nisi vnū: nā nō pōt ni si vnū simul intelligere: illud autē vnum subito ꝓcipit audiens ex determinatōe ad dita ipsi termino equoco. Nā si dicať De. currit audiēs bñ ꝓcipit ꝙ ꝓferens itendit loq̄ de aliquo vno: q̄ aūt sit illud vnū ꝓci pit ex determinatōe ꝛsequēte: cū dī petrus helye currit: sed nō ē ita itelligēdū ꝙ hec determiatio helie faciat vocē ꝓxio plura si gnificātē tūc determinate significare vnū ita ꝙ nō aliud. Sed ꝙ ꝑ quēdā discursum in eius cognitionē facit deuenire. ¶ Ad ꝑ mam ḡ nōnē dicendū ꝙ termin⁹ equiuoc⁹ ꝑ immediate adiunctū ꝛtrahi nō pōt: ſz per tale immediate adiunctū possit audiens ma nuduci vt accipiat terminū equocū ꝑ altero suoꝝ significatoꝝ determinate. ¶ Ad ꝓmū argumētum in oppositū dicenduz. ꝙ quedam sunt noīa penit⁹ vniuoca z illa sunt quoꝝ ratio substātie eadē ē z nomen idem. Quedā sunt nomina que ꝓprie di. cunť equiuoca vt illa que actu plura signi ficant sub ꝓprijs rōnibus: z illa sunt quoꝝ nomē est idē z ratio substātie diuersa. Et aliq̄ sunt noīa q̄ significāt ꝓxio aliq̄d cōe: ſz tñ illud cōe diuersimode repiť i diuersis Sicut infinitū significat illud cui⁹ ñ ē termi n⁹: ſz ꝫ diuersimode repiť i magnitudine z nūeris z i ꝓtinuis z discret': qz ḡ hmōi no mia significāt aliqd cōe: iō ꝓpe nō dicunť equoca. Et qz illō cōe diuersimode repiť i diuersis: iō talia noīa ñ dicūť ꝓpe vniuoca ſz dicūť ꝓpe analoga: qz ḡ hmōi noīa signi ficāt aliqd cōe ꝓxio: iō immediate adiūctū cō trahi pñt. Hmōi autē noīa sunt: multū z al bū. nā multū ꝓxio significat excessuz i quā titate: z iō ꝛtrahi pt. Silr albū ꝓxio signifi cat aliqd facilr mouēs sensuz: z iō pt ꝛtra hi. Qz ḡ multū z albū significāt aliqd cōe: iō ꝑ immediate adiunctū ꝛtrahi pñt. Equo cū aūt inquātū equocū nihil cōe significat z iō ꝛtrahi nō pōt. ¶ Ad 2ᵐ rñsum est.

¶ Ad 3ᵐ dō ꝙ ly idē pōt manuducē vt ali qd determinate appzehēdat audiēs. ꝫ au. ¸em ē ꝑ accīs z per discursum vt dictū est.

Ad 2am q̄ stionem

¶Ad quartum patet quid dicēdū p idem. ¶Ad aliā questionē dicendū: q̄ termin⁹ equiuocus p mediate adiunctuz cōtrahi nō potest: nec p tale mediate adiunctū pōt audiēs manuduci vt concipiat aliquez determinatū cōceptū de virtute sermonis: quia nihil tale mediate adiunctuz cadit in idētitatez extremi cui additr mediate. Et ideo nō pōt esse modus intelligēdi alterū extremū. Verumtñ intelligēdū est q̄ ipsi termino equiuoco annectit quedā vniuocatio in modis significādi respectiuis sibi correspōdentib⁹ penes res significatas diuersas: verbi gr̄a: amor significat cōceptū nominalē ⁊ verbalez: qui duo cōceptus sufficiunt ad equiuocationē: in ipso tamen potest esse vniuocatio i modis significādi respectiuis: cuiusmodi sunt persona: numerus ⁊c. sufficiēs ad ꝓtractionē per accidēs termini equiuoci. Vñ si termin⁹ equiuoc⁹ sub vno mō significādi cōueniat alteri significato ꝝ: si ille modus significādi respectiuus ꝓtrahat modū significādi ipsi⁹ modus significādi p se erit ꝓtractio: equoci āt p accidēs. Verbi gr̄a: Canna ē equiuocum ad fluuiū ⁊ ad calamū: si tū dicat: Canna romanoꝝ sanguine fluit plenus: tā ipsi⁹ generis est ꝓtractio p se: equiuoci autē per accidēs: ⁊ per hoc p3 ad argumēta.

Questio vndecima.

Veritur vtrum signū vniuersale aduenies termino equiuoco possit ipsum distribuere ꝓ omnib⁹ suppositis cuiuslibet sui significati: q̄ sic videt. Nam signū vniuersale circa subiectuz ⁊ eius significatū si sibi cōformet ponit suū modū significandi: ḡ sic dō: ois canis currit. ly ois circa ly canis et quodlibet ei⁹ significatū cū sibi cōformetur ponet suū modū significādi q̄ ē distributio. ¶Itē signū vle aduenies termino equoco distribuit ipm p suppositis alicui⁹ significati. nā alr sibi frustra adderet. Sed q̄ rone distribuit p suppositis vni⁹ ⁊ cuiuslibet: pbatio hui⁹: nā eque p⁹ sub termino cōtinet. ¶Itē agēs rōnis ꝓportionat agēti nāe: cū ars imitet nām inq̄ztū pt. sz agēs nature sil pt agere i multa passibilia: sicut ignis i multa cōbustibilia: cū ḡ significata termini equoci sint distribubilia: ipm p oi bus distribuet. ¶Ad o⁹. In qbuscunq̄z reperit aliq̄ ꝓprietas cōis: repit in ill p aliquā rōnē cōez: sed i termino equoco nihil ē cōe nisi sola vox: q̄ distribui nō pōt: cū sit singularis: ḡ i termino equoco ista ꝓpietas q̄ ē distributio nō repiet p oib⁹ suis significatis: etiā q̄ tūc iste syllogismus eēt rect⁹ p dici de oi. Omnis canis currit: celeste sydus est canis: ḡ celeste sydus currit. Nam p oib⁹ potest fieri sumptio p qb⁹ fit distributio: vnico actu distributionis. ¶Ad qō nē dicendū: q̄ signū vniuersale aduenies termino equoco pōt distribuere ipm p oibus suppositis cuiuslibet significati. Sed i telligēdū ē q̄ sicut termin⁹ equocus significat vnū significatū: ac si aliud ñ significaret ⁊ vnū repsentat respcū predicati: ac si aliud nō repsentaret: h̄ ē sub nulla hitudine: sic etiā signū vniuersale distribuit vnū significatū ac si aliud nō distribueret: hoc ē vnū distribuit sub vno actu distribuēdi: ⁊ aliud sub alio. Et huius ratio est: Nā distributio ē acceptio alicui⁹ cōis p quolibz eius suppositō: quoꝝ quodlibet est ipsuz. Nūc aūt in termino equoco non est aliqō cōe sup qō possit cadere distributio: q̄ nihil ē ibi cōe nisi sola vox. Et iō distributio cadit sup vno significato ac si super aliud nō caderet: ⁊ sup qōlibz: sz h̄ ē a⁹ actu distribuēdi ⁊ a⁹. ¶ Rōnes ad p⁹m ptē ostēdunt q̄ signū vle possit distribuere terminū equocū p oib⁹ suis significatis: ⁊ hoc est vez sed nō vnico actu. ¶Cōtra h̄ pōt argui sic Signi semel positi est vnū significatum ⁊ vn⁹ modus significādi. ḡ ⁊ vn⁹ act⁹ distribuendi. Dicēdū q̄ sincathegoremata h̄nt vnitatē actus distributionis ex distributis: cuz ergo hic sint actu plura significata q̄rū nullū ad aliud habet habitudinē vt dictū est: diuersi hic erūt actus distribuēdi quorū nullus ad alīū hz habitudinē. ¶ Rō nes ad aliā ptē oñdūt q̄ signū vle nō possit distribuē terminū equocū p oibus suppositis cuiuslibet sui significati vnico actu distributionis: ⁊ h̄ est vez. ¶Ex his p3 q̄ cā apparētie i equocatiōe est vnitas actus alis vocis incomplexe ꝑm materiam ⁊ formam: p hoc q̄ ei⁹ apparētia est in dictiōe

Ad qōnez

seperatur a locis extra dictionem: ꝛ p hāc ptīculā vocis icōplexe seperat ab amphybologia: ꝛ p hoc quod additur ſm materiam ꝛ formā: seperat a cōpositiōe ꝛ diuisiōe ꝛ accentu: naꝫ ibi ē vnto ſm materiā nō tamen ſm formā. ¶ Per hoc aūt quod dr vnitas actualis vocis: seperat a figura dictionis: nam ad figurā dictiōis nō requirit nisi vnitas fantastica. Si ät ibi matoꝛ vnitas reperiat: hoc accidit figure dictiōis. Et sic pꝫ q fallacia equiuocationis distinguitur ab omnibus alijs i dictione ꝛ extra dictionem.

Questio duodecima.

q **Veritur** vtruꝫ syllogismus sophysticus peccās in forma: sit defectus syllogismi simpliciter vel syllogismi dyaletici? Oꝛ syllogismi simpliciter: vr. qꝛ oē nō syllogizās qō tñ videt syllogizare dficit a rōne syllogismi simpliciter: sed syllogism⁹ sophystic⁹ peccās in forma est hmōi ergo ꝛc. ¶ Matoꝛ patet: naꝫ non syllogizare ē a rōne syllogismi deficere. ¶ Jté modus est de rōne syllogismi in q̄stum syllogismus ē: sed oēs syllogismi sophystici deficiūt a modo: dr enīꝫ in principio hui⁹ q oēs sophystict deficiunt eo q sunt īmodificati. Si dicat q sunt īmodificati: qꝛ deficiunt a ratiōe syllogismi dyaletici: ꝛ nō qꝛ deficiūt a rōne syllogismi simpliciter. ¶ Cōtra. a rōne syllogismi simpliciter dicit algs simpliciter inferēs ꝛ syllogizans. Si ergo syllogism⁹ sophystic⁹ nō deficiat a rōne syllogism simpliciter: nec deficiet a rōne inferēdi simplr: quare ꝛc.

Ad oppm ¶ Ad oppositum. Obligtates syllogismi simpliciter: determinātur in libꝛo priorꝫ qꝛ ibi determinatur de syllogismo simpliciter: iō ꝛ de ei⁹ obligtatib⁹ fꝫ ibi nō determinatur de syllogismis sophysticis: ḡ ꝛc.

Questio decimatertia.

i **Arta** hoc q̄rit. Supposito q fit defectus syllogismi dyaletici ꝛ syllogismi simplicit. Cui⁹ hoꝛ pmis sit defect⁹? q syllogismi dyaletici vr: qꝛ syllogismus litigiosus p Ari. i p⁹ thopicoꝛꝫ est syllogism⁹ ex apparent pbabilib⁹. Et

Capi.i.

primo huius dicit q litigiose disputatiōes pcedunt ex his que videnť pbabilia ꝛ nō sunt. Ex his arguit sic. Illius est syllogismus sophystic⁹ obliquitas pmo cuius apparētiā p⁹ ptendit: sed p⁹ ptendit apparētiam syllogismi dialetici. nā videť pcedere ex apparenter pbabilibus. et pbabile ē p primū dyaletici: ḡ ꝛc. Aliquis diceret ad hāc rōnem q dictū Ari. in thopi: ꝛ in p⁹ hui⁹ hꝫ intelligi de syllogismo peccāte in mā: qui vr pcedere ex pbabilib⁹ simplr. ¶ Sꝫ cōtra. licet pmisse in syllogismo peccāte in forma possint eē vere: vt tñ ad mediū comparanť: necesse ē vt altera sit falsa: ergo vr q de vtroqꝫ: sic habeāt auctoritates intelligi. Jté formale in syllogismo sophystico ē q̄dam falsa habitudo: supꝛa quā decurrit: Verbi gꝛa: si dicat Canis currit: sydus celeste ē canis: ergo ꝛc. Dic ē syllogismus sophysticus decurrens sup hanc habitudinem vel maximā falsā vni soli nomini coꝛrīdet vna res sola ꝛ ſm istā falsam habitudinem localem cōtradicit dyaletico: ergo p⁹ ptra dyalecticū peccat. Qō. 14ª.

i **Arta** hoc q̄rit vtruꝫ peccet ptra syllogismū demōstratiuū? Vr q sic: quia illi⁹ est defectus cui⁹ ptendit apparētiā: sed sophystic⁹ ptendit apparētiā scientie cū ars sophystica sit apparēs sapientia: ḡ ꝛc. ¶ Oppositū pꝫ p Ari. p⁹ posterioꝛ. Ju demōstratiuus nō cadit paralogism⁹ in dictiōe neqꝫ extra. Jté demōstratiua ē alicui⁹ generis determinati: sed sophystica nō ē alicui⁹ generis determinati: ergo ꝛc. ¶ Ad q̄nē pꝛimā dicēdū q syllogismus sophystic⁹ q dr peccans in forma vbi icidit algs loc⁹ de nūero tredeciꝫ peccat contra syllogismum simpliciter: ꝛ contra syllogismuꝫ dyalecticū. ¶ Circa quod intelligēdū ē q sicut syllogism⁹ dyaletic⁹ addit supꝛa syllogismū simplr quandā habitudinē localē vel maximā verā sup quā decurrit: sic syllogism⁹ sophystic⁹ q dr peccans i forma decurrit sup quandā habitudinē localē falsaꝫ. Verbi gꝛa. Si dicat omnia q̄ pōt miles facere pōt ꝛ rex: sed miles pōt debellare castrū: ḡ ꝛ rex: hic ē syllogismus dyaletic⁹ decurrēs sup hāc maximaꝫ:

Ad q̄nē.

qđ min⁹ pđt ꝛ mai⁹. Exẽplũ secũdi. Si dicat canis currit: celeste sydus ẽ cănis: ergo ꝛc̃. ¶Hic ẽ syllogiſm⁹ ſophyſtic⁹ decurrens ſup hãc maximã falſã: vni nomini ſoli cõreſpõdet vna res ſola. ¶Propter qđ dico q̃ syllogiſm⁹ ſophyſtic⁹ peccat cõtra vtrunq;. nam nec ẽ syllogiſm⁹ ſimpliciter: nec ſyllogiſmus dyaleticus: inq̃tũ enĩz initiat iſti indebite habitudini locali peccat cõtra dyaleticũ: inq̃tũ aũt in iſto loco vel i iſta habitudine falſa locali: nõ poſſũt ſaluari principia ſyllogiſmi ſimpliciter inq̃tũ ſyllogiſmus eſt: q̃ ſunt dicti de oĩi ꝛ dici de nullo: peccat ꝓtra ſyllogiſmũ ſimplr̃. Cõtra vtrũq; ergo peccat. ¶ Sed dubiũ ẽ ꝓtra quem iſtoꝝ ꝑmo peccet ſyllogiſmus ſophyſtic⁹. Et hoc ꝑ qõne. 2ª. Ad hoc aũt dicũt quidã q̃ ſyllogiſmus ſophyſticus p⁹ peccat contra ſyllogiſmũ dialeticũ: ex hoc nõ ſequit̃ q̃ peccaret ꝓtra ſyllogiſmũ dialeticũ ſimpliciter. ¶Propt̃ h̃ ponũt q̃ peccet ꝓtra ſyllogiſmũ ſimplr̃ ꝛ deĩde ꝓtra ſyllogiſmũ dyaleticũ. Sz q̃liter cũq; ſit h̃ rõ nõ ꝓcludit: nã aliq̃ pñt ineſſe p⁹ iferiori: ꝛ mediãte iferiori pñt ineſſe ſupiori: ſicut hr̃e tres p⁹ cõuenit ipſi triãgulo ꝛ mediãte triãgulo ꝓuẽit ipſi figure. Ergo ſilr̃ pđt eẽ in oppoſitiõe ꝛ repugnãtia: q̃ aliquid pđt repugnare i feriori ꝛ ex ꝓſequẽti ſuo ſupiori. Et tũc ad rõnẽ eoꝝ qñ dicũt q̃ ad deſtructionez ꝛc̃. Dico q̃ ſupius ꝛ iferius pñt dupliciter cõſiderari: vel abſolute. Et tũc ad õſtructiõez inferiorꝝ nõ ſeq̃t ꝛc̃. Vel pñt ꝓſiderari prout ſupius hz eẽ i ſuo iferiori. Et tũc ad deſtructionẽ iferioris ſeq̃t deſtructio ſupioris. Licz. n. ñ ſequat: h̃ nõ viuit: g̃ hoc nõ ẽ. Tñ ſeq̃tur. Soztes ñ viuit: g̃ ſoztes nõ ẽ: ꝛ tñ viuere ẽ iferius q̃z eẽ. Silr̃ cũ formale i ſyllogiſmo ſophyſtico ſit q̃dã falſa h̃itudo localis i qua nõ pđt forma ſyllogiſmi ſaluari: talis ſyllogiſmus ſophyſtic⁹ rõne illi⁹ falſe h̃itudis p⁹ opponit̃ ſyllogiſmo dyaletico. Et q̃ i iſta h̃itudie falſa ñ pñt ſaluari pn̄a ſyllogiſmi. ſ. dici õ oi ꝛ dici õ nlli: nõ ex cõſeq̃nti peccat ꝓtra ſyllogiſmũ ſimplr̃. ¶Ñ q̃ p⁹ peccet ꝓtra ſyllogiſm⁹ dyaleticũ ẽ opinio mlloꝝ ꝛ ẽt expoſitoꝝ. Dic̃. ñ, expoſitor q̃ q̃ h̃itudo local̃ va p⁹ cõpetit ſyllogiſmo dialetico: nõ ſyllogiſm⁹ ſophiſticus: i q̃ ẽſt h̃itudo localis falſa: p⁹ repugnat ſyllogiſmo dialetico: q̃ ſi ꝓpoſitũ i ꝓpoſito: ꝛ oppoſitũ in oppoſito. ¶Rõnes q̃ oĩdũt q̃ peccet ꝓtra ſyllogiſmũ ſimplr̃ debẽt ꝓcedi. Et ſilr̃ rõnes que oſtẽdũt q̃ primo peccet cõtra ſyllogiſmũ dialeticũ. ¶Et tũc ad rõnẽ in oppoſitũ pđt dici: q̃ cum ad ſyllogiſmũ requiratur quãtitas debita q̃litas ꝛ ordo triũ terminorũ: ꝛ etiã ipſa h̃abitudo ꝛ forma ſyllogiſtica: q̃ de illis obliquitatibus que deficiunt a ſyllogiſmo rõne q̃litatis ꝛ quantitatis ꝛ ordinis terminorũ: i libro prioꝝ determinauit Ariſtoteles. Sz de illis que deficiũt a ſyllogiſmo rõne forme ſyllogiſtice hic determinat. Verũtamẽ alia pars bene pđt ſuſtineri ſcilicet q̃ ſyllogiſm⁹ ſophiſticus primo peccet cõtra ſyllogiſmum ſimplr̃. Et hoc ꝑpter iſtã rõnẽ naz omnis non exiſtentia in quocunq; loco ſophiſtico ẽ defect⁹ alicui⁹ pticule regẽte ad ſyllogiſmũ vnde ſyllogiſmus ẽ. ¶Hoc patet diſcurrẽdo p nõ exiſtẽtias locoꝝ ſophiſticoꝝ: nam diuerſitas rei latẽs ſub vnitate vocis: eſt cauſa non exiſtentie in equiuocatione: diuerſitas aũt rei variat mediũ. Et ideo arguit in quatuor terminis. Sed vnitas medij per ſe requirit̃ ad ſyllogiſmũ vnde ſyllogiſmus eſt. Amphibologia rõne diuerſitatis ſnie cõſimilem cãt defectũ. Silr̃ i fallacia figure dictiõis ꝛ i aliis: h̃ ẽt pz i fallacia accĩtis vbi variatio medij cãt extraneitatẽ. Vñ Ariſtoteles dic̃ i illo ca⁹. Qui vo i eo q̃ duas ꝛc̃. paralogiſmi accĩtis fiunt manifeſti diffinito ſyll'o. Similiter fallacia que dr̃ plures interrogatiões vt vnã facẽ: peccat ꝓtra vnitatẽ ꝓpõnis. Et nõ cã vt cauſa defect⁹ eſt in ſyll'o ad ipoſſibile. Verũtamẽ alig loci in dictione ꝛ alig extra vt ꝑm gd ꝛ ſimplr̃. ꝛ ignoraãtia elẽchi: ſpãlr̃ peccãt cõtra ꝓtradictiõez: ꝛ cõtradictio ẽ formale i ſyll'o dialetico: q̃ Ari. dicit q̃ dyaletice diſputatiões ſunt collatiue ꝓtradictionũ: iõ dicit̃ q̃ peccant cõtra ſyll'm dyaleticũ: ꝛ ex cõſequẽte cõtra ſyll'm ſimplr̃. ¶Ad rões illi⁹ ptis. Ad ꝑmã dicendũ ſicut dictũ eſt. Et ad illd̃ in ꝓrariũ dicẽdũ q̃ in ſyll'o peccante in forma: premiſſe pñt eẽ in ſe vere: ꝛ i reſpcũ ad mediũ falſe.

Ad 2am. q̃ſtionez.

Nam si sic dicatur homo est species: sortes est homo: ergo ꝛc. si hō referat ad idē: vna ꝓpositio erit falsa: secūdū erit syllogismus bonus peccās in mā. ¶ Ad secūdam dicēdum ꝙ licet iste syllogism⁹: ois canis currit. ꝛc. decurrat sup hanc maximā falsam: vni voci correspondet vna res sola: verū tamē nō existentia que latet sub hac maxia nō repugnat dyaletico inq̄tū syllogismus dyaleticus est: hoc ē manifestū: Nā diuersitas rei et medij ē cā nō existētie: sed vnitas rei ꝛ medij nō requirit ad syllogismū dyaleticū vt syllogismus dyaletic⁹ ē: sed ad syllogismū vt syllogism⁹ ē. i. ad syllogismuz simpliciter. Sed cōtra hoc pōt argui spāliter ostēdendo ꝙ syllogism⁹ sophysticꝰ nō peccet cōtra syllogismū simpliciter. Nam petitio principij nō peccat contra syllogismum simpliciter: qz infert ex necessitate: ꝫ videt ꝙ iste locus sophisticꝰ specialr non peccet pꝰ cōtra syllogismū per se. Expositor dicit ꝙ petitio principij peccat cōtra syllogismū simpliciter. Nam de rōne syllogismi simpliciter ē vt ex premissis positis ꝛc. sequat ex necessitate aliud ab hīs que posita sūt. Sed in petitiōe principij nō sequit aliud: qz idē accipit ad ꝓbandū idem: sed idem nō est aliud a se. Et vlterius dicit: ꝙ in petitiōe ꝓncipij est necessaria illatio: nō tamē necessaria illatio syllogistica. Si tamen dicat ꝙ nō peccat cōtra syllogismum simplicit: ꝛ tū cū hoc dicat ꝙ syllogismus sophisticꝰ pꝰ peccat cōtra syllogismū simpliciter. Pōt dici ꝙ hoc est verū ꝓ maiori parte locoꝝ sophysticoꝝ. Et tō nihil phibet aliquē eoꝝ peccare cōtra aliquā specialem cōditionē syllogismi. Aristo. enīz dicit ꝙ loci sophistici extra dictionez: prio peccant cōtra syllogismū: ꝛ loci in dictiōe contra cōtradictionē. Et ꝫ dictū veritatē habz ꝓ maiori parte locoꝝ. Nam alig loci extra dictionē specialiter peccāt cōtra cōtradictionem vtputa fm qd ꝛ simpliciter: ꝛ ignorantia elenchi. Dicit enim phs ꝙ fm qd ꝛ simpliciter ē ex eo ꝙ de eodē non est affirmatio ꝛ negatio. Similiter pōt dici ꝙ locꝰ sophysticus in cōi peccat cōtra syllogismū simpliciter: nihil tñ phibet aliquē illoꝝ specialiter peccare cōtra aliquā rōnez vel cōditionē specialem syllogismi. ¶ Ad vltimam qōnem dicendū ꝙ syllogismꝰ sophysticus nō est defectꝰ syllogysmi demōstratiui inq̄tū syllogismus demōstratiuus ē. Nam ꝓbatio nullⁱ particule requisite ad syllogismū demōstratiuū vt talis ē: est causa nō existentie in syllogismo apparente: hoc patet discurrēdo per nō existentias locoꝝ. Nam diuersitas rei latēs sub vnitate vocis est cā nō existentie in equiuocatiōe: Sed vnitas rei non est aliquid appropriatum ipsi syllogismo demōstratiuo inq̄tū syllogismus demōstratiuus ē: ꝛ tō non est ibi defectus ꝛc. ꝛ sic in alijs. ¶ Ad rationē dicendū ꝙ sophystica dicit apparens sapientia: quia procedit ex apparenter probabilibus: que tamen probabilia non sunt. Et non dicitur apparens sapientia qz procedat ex apparent veris: quare ꝛc.

Questio decimaquinta.

Queritur cir/

q ca primū modum equocationis vtrū possibile sit aliquod nomē significar vnū ꝓ prius ꝛ reliquū ꝓ posteriꝰ? ꝙ nō videt. Nam si hoc eēt possibile: aut hoc erit ex parte vocis aut ex pte ipsi⁹ imponētis: aut ex parte ipsi⁹ rei. Nō ex pte vocis qz vox inq̄tum vox est: nullā rationem sibi determinat. Nec ex pte imponentis qz ex quo imponēs ꝑponit ad placitum pōt prⁱ⁹ iponere nomen ei qđ est posteri⁹ in re. Nec ex parte ipsius rei: nam licz res inter se ordinē habeāt nō tamē ꝓpter hoc sequit ꝙ habeāt ordinē adinuicē vt sunt significabiles: qz illud qđ est posterius: vt dictum ē: pōt prius significari. ¶ Ad istaz rationem dicit ꝙ quedā sunt res que iter se ordinem nō habēt: ꝛ quedam q̄ ordinem habent. Iste autē res que nullā adinuicez habēt habitudinē: si significenk ꝓ vocez: pure equiuoce significantur. Iste vero res q̄ habitudinem adinuicē habēt: significant sub mō prioris ꝛ posterioris: Nam intelligere sequit eē: ꝛ significare sequit intelligere. Ex quo ergo est in re ordo prioris ꝛ posterioris in significādo: erit ordo prioꝝ ꝛ posterioris. Sed cōtra istam solutionez arguo duplicit. Primo sic: Significare ē quidam actus intellectⁱ⁹ put est attributꝰ ad qōnē.

ipsis

ipſis reb⁹:ſed illud quod poſterius eſt i re
pōt eſſe magis ꝛ prius notū apud intellectum q̄ illud qđ ſimpliciter prius eſt in re. Et ſicut itelligit itellect⁹ ſic iponit nomē ad ſignificādum:ergo ei qđ poſterius eſt i re prius pōt nomen imponere prioritas:g̃ ꝛ poſterioritas in intellectu nō cōcludit p oritatē ꝛ poſterioritatem in reb⁹ prout ſūt ſignificabiles:ergo ꝛc̄. ¶Item ſi aliquod nomen iponit diuerſis:aut ergo illis ipo nitur vna ipoſitiōe:aut plurib⁹ ipoſitionibus. Si vna ipoſitiōe. Cuꝫ vna ipoſitio accipiatur ſub vna rōne ſignificādi:illa duo in vna rōne vniuocabunt. Si eis imponitur diuerſis ipoſitiōibus. Cum p̄ma impoſitio nō magis ip̄rimat voci q̄ ſecūda illa duo equaliter repꝛeſentabunt. Propt̄ hec dr̄ aliter:q̄ nomē analogum ſignificat primo vnam rōnem cōem:iſta tamē rō p prio ꝛ poſterius in diuerſis reperit. Et ſicut iſta rō in diuerſis reperit:ſic nomē illud p prius ꝛ poſterio⁹ de eis dicetur. Verbigratia: Ens primo ſignificat entitatem ꝛ vnum primo ſignificat indiuiſionem. Sed ratio eſſendi primo cōpetit ſubſtātie:deide quātitati ꝛ ſic ceteris p̄dicamētis. Et ſic hoc nomen ens per prius dr̄ de ſubſtātia ꝛ p poſterius de quātitate ꝛ alijs. Similiter ē de vno. ¶Sed cōtra hoc:circa idē ꝛ diuerſū nō cadit mediū:ergo omne qđ cōcipit:cōcipitur ſub eadem rōne vel diuerſa. Sz illa que cōcipiunt̄ ſub eadem rōne ſub illa ratiōe vniuocantur. Que aūt ſub diuerſa ratione cōcipiunt̄:ſub illis rōnibus diuerſis equiuocātur. Cum igitur inter idem et diuerſum nō cadit mediū. Omne nomen vel erit ſimpliciter equiuocū vel vniuocū ¶Item termin⁹ qđ p̄mo ſignificat ſupponit reſpectu p̄dicati:ſi ergo nomē analogū ſignificaret vnū cōmune:illō ſupponeret reſpectu p̄dicati:ꝛ per cōſequēs ad tale nomen nō eſſet reſpondēdū p diſtinctionem q̄:ibi eſſet vnitas ꝛ nō duplicitas:ꝛ p conſequēs talis analogia equocationem non cauſaret. ¶Item quod additur de ente veritatē non hz:nā primo nō ſignificat aliquā ratiōem cōem illis de q̄bus dr̄. Et hoc propter tria. Nam per phm duplex eſt materia. Senſibilis ꝛ intelligibilis. Que autez habent materiā ſenſibilē vel intelligibilē nō ſtatim ſunt id qđ ſunt:nam i illis materia expectat aduentū forme. In illis autez in quib⁹ nō eſt materia nec ſenſibilis nec i telligibilis:ſtatim ſunt id qđ ſunt:quia ibi non ē aliquid expectās aduentū ipſius forme. Et exēplificat de ente ꝛ vno:nā ens:et vnū ſtatim ſūt quale ꝛ q̄ntū:ꝛc̄. Sed ſi ēs ſignificaret aliquaz rōnem cōem:illa rō expectaret aliqđ additū per qđ determinaretur ad ſubſtantiā vel ad accidēs. Cuꝫ ergo ſtatim ſit decem genera:nō ſignificabit aliquam rōnem cōem. ¶Item ſi ens ſignificaret aliquā rōnē cōem:diuerſa p̄dicamenta minus differrent q̄ due ſpecies eiuſdē generis:nā due ſpecies eiuſdē generis cōueniunt in rōne cōi generis. Et differūt per differētias eēntiales. Sed ſi ens ſignificaret vnā rationē cōem ad diuerſa predicamenta:in iſta rōne cōi cōuenirent ꝛ nō differrent p differētias eēntiales:quia ens nō eſt genus:q̄ extra intellectū generis ē differentia ꝛ ecōuerſo. Et de differētia p ſe nō predicatur genus:ſed ens de differentia p ſe p̄dicatur. ¶Si ens non diuidit in decem genera per differētias eēntiales:ſed per diuerſos modos eēndi:quib⁹ coꝛreſpōdent diuerſi modi p̄dicādi:ꝛ ideo dicūtur p̄dicamenta:ergo ꝛc̄. ¶Item quilibet conceptus aut eſt cōparati aut abſoluti: ergo cōceptus entis vel erit abſolutus vel comparatus. Sed cōceptus abſolutus eſt conceptus ſubſtantie: ꝛ cōceptus cōparatus eſt cōceptus accidentis:ergo cōcept⁹ ens vel erit cōceptus ſubſtātie vl̄ accidētis. ¶Fore diceret aliquis q̄ in iſto argumento eſt fallacia figure dictiōis:ac ſi ſic argueretur: Omne animal vel rōnale vel irrationale ergo animal ſignificat rōnale vel irratiōale. Hic eſt fallacia figure dictiōis a ſuppoſitione pſonali ad ſimplicē. Licet enim in re animal nō fuerit aliud q̄ rōnale:vel irratiōale:animal tamē poteſt ſignificare idifferens ad rōnale ꝛ irrationale. Similiter licet quilibet cōceptus fuerit abſolutus vl̄ comparatus:ens tamē poteſt ſignificare i differens ad hūc ꝛ ad illum. Sz iſta reſpō ſio nō impedit argumentū:nam abſolutū ꝛ comparatum ſunt differentie ipſius conceptus. Sicut rationale ꝛ irrationale ſunt differentie animalis vt in rerū natura exi

3°. meta⁹ t.c. 10.

stit. Sed impossibile est in rerum natura
reperire aliquod animal quod indifferen
ter se habeat ad rationale ⁊ irrationale: ergo
impossibile est esse aliquē cōceptū qui idif
ferenter se habeat ad absolutū ⁊ cōparatū
Quare relinquit ꝙ ens nō significat pri
mo vnā rōnem cōmunē illis de ꝗbus dici
tur. Et similiter ꝙnomē analogū nō signi
ficat ꝑmo vnā rōnē cōmunē que per pri⁹ ⁊
posterius in diuersis reperiat. Et per con
sequēs responsio illa data nō fuit sufficiēs
nec bene fundata. Quare ⁊c. ¶ Ad partez
affirmatiuam arguit. Et primo sic: differē
tia est inter vniuocū ⁊ equiuocuz ⁊ analo
gum. Vniuocū enim significat vnū. Equi
uocū vero plura sed equaliter. Ergo ana
logum significat vnū per prius ⁊ reliquuz
T.c.2. ꝑ posteri⁹. ¶ Jtē per philosophum in .4.
metaphysice. Ens dicitur multis modis: ⁊
per hoc innuit ꝙ nō penit⁹ vniuoce: sz nec
equiuoce: ergo vt sanū. ¶ Jtem intelligere
sequit esse: ⁊ significare itelligere. ḡ mo
dus intelligendi sequit modū eēndi: ⁊ mo
dus significandi sequitur modū intelligēdi:
sed in re est habitudo: ergo ⁊ in significando est habitudo. ¶ Jtem in hoc libro
distinguit philosopus nomina que dicun
capi.2. tur per prius ⁊ posterius: ergo ⁊c. ¶ Ad q̄
Ad qōnē. stionē dicendū: ꝙ q̄ztum ē ex parte vocis
significantis nō est possibile vocē significa
re vnū per prius ⁊ reliquū ꝑ posteri⁹. Nā
significare est aliqd itellectui repzesentare
qd ergo significat ab intellectu concipitur
Sed oē quod ab intellectu cōcipitur: sub
distincta ⁊ determinata rōne cōcipit: qz in
tellectus est quidam actus: ⁊ ideo quod in
telligit ab alio distinguit. Omne ergo qd
significatur sub distincta ratiōe ⁊ determi
nata significatur: hoc patet: nam materia ꝑ
ma que de se est ens in potentia si intelligi
tur oportet ꝙ intelligat sub rōne distincta
Et si ita sit de materia prima: multo fortius
hoc erit verū ꝺ oī alio. Si ergo dictio ana
loga vel vox imponit diuersis: necesse est
vt sub ratiōe distincta ⁊ determinata eis i
ponat. Si ergo dictio analoga sub diuer
sis rōnib⁹ diuersis imponatur: necesse est
q̄ztum est ex parte vocis significātis: ꝙ ea
equaliter repzesentet. vnde i repōt eē ana
logia: sed in voce significante nulla cadit
prioritas vel posterioritas. Aliqua enim ē
ꝓprietas que magis cōuenit vni rei q̄ꝫ al
teri: sed nō est aliqua ꝓprietas q̄ magis cō
ueniat substantie vocis q̄ꝫ alia. hoc etiā pa
tet ꝑ signū qz Ari. in libzo ꝑdicamentozuz
vbi determinat de vocibus significatiuis:
nullā mentionē facit de his que in re sunt
analoga: sz solū ibi de vniuocis ⁊ equiuo
cis. Unde Boetius dicit ibidez: ꝙ cū Ari.
dicat ꝙ equiuoca sunt quoz nomē ē com
mune ⁊ ratio substātie diuersa: ꝙ sub ista
diffinitiōe cōprehendit que in re sunt ana
loga: ⁊ omne genus equiuocatiōis. Unde
ratio substātie ꝑ ipsū accipit ibi ꝑ rōne de
terminata quā intellect⁹ attribuit ipsis re
bus: ⁊ nō ꝑ ratiōe ꝓut constat ex genere ⁊
differentia. Propter qd dico: ꝙ quantum
est ex parte vocis significātis: nulla cadit ꝓ
oritas vel posterioritas: licet res significa
te adinuicē habeant habitudinē. ¶ Ad pri
mam rōnem dicendū ꝙ q̄ztum ē ex ꝑte vo
cis significantis medū: nō cadit inter vni
uocum ⁊ equiuocū. ¶ Ad aliam rōnē dicē
dum ē: ꝙ naturalis ⁊ etiā methaphysicus
ipsas res cōsiderant. Logic⁹ aūt cōsiderat
res ratiōis. Et iō multa sunt vniuoca apd
logicū: q̄ dicūtur equiuoca apud naturalē
Naturalis eni diceret ꝙ corp⁹ equoce di
citur de corpore superiori ⁊ iferiori. Sed
Queritur vtrū figu ra dictōis sit locus in dictōe? Et videt q nō.nam oīs locus in dictione sit eo q eisdē nomi nibus vel oꝛationibus nō idem significamus.Sed si sic arguat:musa z poeta similiter terminant:z musa est femini generis:ergo z poeta:hic nec dictio nec oꝛatio plura significat nec ꝓsignificat.Iste igit locus nō accidit eo q eisdez noibvel oꝛonib⁹ nō ī⁹dē significam⁹.¶Itē ille nō dicit locus in dictione cuius appa rentie principiū sumit a parte rei:sed prin cipiū apparentie figure dictionis sumitur a pte rei:ḡ zc. ¶Maioꝛ pz:qz loci in dictiōe distinguūt a locis extra dictionē p hoc qđ p̄ncipiū apparētie locoꝝ in dictione a pte vocis accipit.¶Minoꝛ pz:nam si sic arguit Quicqd heri vidisti hodie vides:albū he ri vidisti:ergo albū hodie vides.¶Hic causa apparentie nō est similitudo vocis nec vnitas: naz albi ad qcquid nulla est similitudo.Simil⁹ si arguit.¶Homo ē spēs:sortes est homo ergo zc.Sortis ad hoiem nulla est similitudo ex parte vocis.¶Oppositum patet p Arz.q ponit sex locos in dictōe cui⁹ numeꝝ pbat inductiue z syllogismo.¶Ad questionē dōm q fallacia figure dictionis est locus in dictione.Et hoc patz p rōnes. Una est qz iste locus magis fit in consideꝛando cum alio qz cuz seipo:sed cum alio ꝓsideratio fit p sermonē.Alia rō:qz iste locus fit ex similitudie:z similitudo est in dictione.¶Circa nā eius causam apparētie z circa eius modos sunt diuerse opiniones. ¶Nam quidā dicunt q aliqui modi isti⁹ fallacie accipiuntur realiter et tamē locus est in dictiōe.¶Nam ad dictionez tria regrunt scilicet:res significata:mod⁹ significandi:z mod⁹ pferendi.¶Penes ista tria accipiunt tres modi figure dictōis.¶Prim⁹ mod⁹ est: quādo ꝓpter vnitatē rei significate interꝓetamur vnitatem in modis significandi iuxta quē modū sic fit palogism⁹.¶Omnis substantia est colozata:lapis est substantia ergo lapis est colozata ꝓpter vnitatez rei inter substantiam z lapidem arguim⁹ vnitatem in modis significādi.Secūdus mo dus accipitur quādo ꝓpter vnitatem mo doꝝ significandi arguimus vnitatē rei significate: vt:Quicqd heri vidisti hodie vides:albū heri vidisti.ḡ zc.¶Nā p̄dicamē ta hūt modos significandi ꝓcretiue similes ꝓpter qđ vnum de alio potest concretiue predicari.Tertius mod⁹ est qñ ꝓpter vnitatē modi ꝓferendi interꝓetamur vnitatē rei significate vl modi significādi vt.Secare z videre similiter terminant:z secare si gnificat actionē ḡ et videre.Et licet aliqui modi istius fallacie accipiant realiter:nō locus in dictione est:nam p̄ncipiū apparē tie ex pte vocis est:nā ad vocem ptinēt ter minatio z ipa ꝓcretio.Sed ꝓcretio est du plex.Una qua vtimur in p̄dicatiōib⁹ essen tialib⁹.Alia qua vtimur in p̄dicatiōib⁹ acci dentalib⁹.¶Penes p̄mā cōcretionē accipit p̄mus modus figure dictiōis:penes scōaz secūdus. Sed penes terminatiōez dictiois accipit tertius modus.Quia ergo ꝓcretio est ex parte vocis:ideo figura dictionis est loc⁹ in dictiōe.¶Sed cōtra istā positionē pōt argui multipl⁹.Nam ille locus cuius p̄ncipiū motiuū ex parte rei accipitur: est loc⁹ extra dictionē:si igit p̄ncipiū motiuū figure dictiōis ex pte rei accipit: sequit q

2.elē.c.2.

figura dictōis sit locꝰ extra dictōnē. ¶Maior pz p distinctionē locoꝝ in dictione ⁊ extra dictionē. Oz aūt hec positio ponat qꝫ prīcipiū apparētie figure dictōis sit ex parte rei. hoc pz: nā cum sic dicitur: Omnis substantia est alba: lapis est substātia: g̃ ⁊c. Dicitur qꝫ ꝓpter vnitatē rei lapidis ad subaz: interptamur modos significādi eē eosdē. Jtē in oībus modis vnius loci vna debet esse causa apparētie in diuisa ꝑm spēm: cuz g̃ in tertio mō silitudo vocis ad vocē sit cā apparētie figure dictōis: in alio mō eiusdē loci vnitas rei nō pōt esse causa apparētie. Oz aūt quenietia in mō significandi ꝯcretiue nō sit cā appentie dictōis: pbatio. Nā illud qō cadit ex pte nō existētie in aliquo loco sophistico: nō pōt cadere ex pte apparentie eiusdē loci: Sed modus significādi cōcretiue cadit ex pte nō existētie in figura dictionis. g̃ nō pōt esse cā apparētie in scōo mō. ¶Maior pz iductiue ⁊ rōne. Jnductiue nam in eguocatione diuersitas significati que est causa nō existētie nō cadit ex pte apparentie. Silr rōne: locus sophisticus itegrat ex causa apparentie et nō existētie vt compositū ex materia et forma. Sed illud quod est ex pte māe non pōt cadere ex pte forme: nec ecōuerso: qꝫ modus significādi cadat ex pte nō existentie patet p Ax. in secundo hui. CJtē cā apparētie generalis debet esse eiusdez nāe cum causa appntie specialis: sed cā generalis oīm locoꝝ in dictione que est vnitas vocis nō est eiusdem nāe cum cā apparētie que accipitur ex pte rei. ergo ⁊c. Assumptū patet: nā cā appentie locoꝝ in dictione debet esse obiectū virtutis sensitiue ⁊ auditus: sed vnitas rei nō est obm sensitiue virtutū ⁊ auditꝰ sz vnitas vocis: ergo ⁊c. CJtez si causa apparētie in figura dictōis ex pte rei acciperet: magis ꝺcipemur p se qz cum alio p figurā dictōis Si dicat qꝫ ad figurā dictionis nō exigitur qꝫ eius cā apparentie accipiat a parte vocis: vnde dicitur figura dictionis nō vocis ¶Nūc aūt ad dictionē tria requirūtur. s. vox significatiū ⁊ modus significandi: ex parte cuiuslibet istoꝝ accidit deceptio figure dictionis: est tamē res aliter ⁊ aliter causa apparētie in figura dictionis ⁊ in locis extra dictionē. Jn locis extra dictionē accidit deceptio ex parte rei absolute cōsiderate. Jn figura dictionis accidit deceptio ex pte rei ꝓ vocez significate. Jsta rūsio sufficiēter nō distinguit inter locos in dictōe ⁊ extra dictionē. Jn locis extra dictōez videmꝰ qꝫ ex parte rei absolute cōsiderate nō accidit deceptio: qz hic est ꝑm quid ⁊ simplr. ¶Homo mortuus. ergo homo. Si tamē hoc nomē cadauer imponat ad significādū hoc totū homo mortuus. Et diceret cadauer est hic intus: g̃ homo est hic intus: non est ꝑm qd ⁊ simpliciter: deficit enim apparentia: g̃ in locis extra dictionē non cadit deceptio ex parte rei absolute cōsiderate. Similiter in fallacia ꝑm plures interrogatiōes ꝓpō plures nō apparet vna ꝓpter vnitatē rei. Vt si diceretur: est ne celuz: terra: aut mare: iter ista interrogata nō est aliqua cōuenietia: nisi vt cadit sub vno mō interrogandi. ¶Modus aūt interrogandi ptinet ad ipam vocē. Jdeo dicendū est qꝫ si causa apparētie accipitur a parte rei siue absolute cōsiderate: siue vt per vocē significatur: sp est fallacia extra dictionē. Jdeo dicendū est qꝫ figura dictionis est locꝰ in dictōe: qz causa sue apparētie accipit ab ista figuratiōe vocis ad vocē: si ōceptio ꝓuenīat ex simili figuratione vocis ad vocem: ¶Primus modꝰ est qñ interptamur eadez esse siue gña siue casus: vt hic. ¶Peccare et videre silr terminat ⁊c. Secūdus modus ꝓuenit ex simili figuratione dictionis diuersimode considerate: vt vnuz significat ⁊ aliud cōcernit: vt qcqd heri ⁊c. Tertiꝰ modꝰ ꝓuenit ex simili figuratione dictionis: vt vnū significat ⁊ aliud appellat: vt hic ¶Homo est spēs ⁊c. Silis g̃ figuratio est causa apparentie in figura dictionis. CAd ꝑmū argumentū ꝯcedo maiorē: ad minorē dōz qꝫ est falsa: qz in figura dictōis significamꝰ nō idem eisdē nobis CAd scōm dr: qꝫ albedo dupliꝝ ꝯsideratur. s. vt subm ꝯcernit vel vt qualitatē significat: nūc aūt ista silitudo albi qua; vnū significat vt qualitatē: ⁊ aliud ꝯcernit vt; subm est cā apparentie in isto paralogismo: quicquid vidisti: ⁊c. CAd illud de hōie eodē mō rñ def. Ad ar^m ꝑncⁱ^m

Q̃ trigesimaoctaua:

Queritur circa modos figure dictionis: Et ꝑmo vtruz

iste palogism⁹:musa ⁊ poeta silr terminant in a:⁊ musa est femini gñis:g̃ ⁊ poeta:debeat sic pferri? Et q̄ sic videt: Naz Ax. in scdo hui⁹ sic formā q̄dā palogismū: Ut videre ⁊ secare silr termināt:secare figit agere:g̃ ⁊ videē. Ad op^m:palogism⁹ dz apparere syllogism⁹:sz h̄ nō est appentia forme syllogistice:g̃ cē. Ctez arguēs sophistice nō debet exp̄mere illā falsam maximā p̄m quā arguit. Illā arguēs p̄m locū equocationis ñ dz istā falsā maximā exp̄mē.ſ.q̄ vni noi solū cōrñdeat vnū significatū. Sz hec est falsa maxia p̄m quā arguit iuxta primū modū figure dictiōis:q̄ silr termināt:h̄nt eosdē modos significādi:istā g̃ nō dz exp̄imere. Ctē Si sophista istā maximā exp̄meret:q̄ dictōes silr terminant:h̄nt eosdē modos significādi. Musa ⁊ poeta silr terminant:g̃ cē. faceret syllogismū peccantez

Ad qōnē in mā ⁊ non in forma. Ctd qōnē dōm:q̄ duplex est mod⁹ formādi syllogismos iuxta p̄mū modū: Et vterq; ꝓuenies est: Primus mod⁹ est quē Ax. tales videt inuenire

ca.5. in scdo hui⁹. Arguit.n.sic videre et secare silr termiant:sz secare significat agere.g̃ et videre:secari pati:g̃ videri. Sz ꝓtingit idē p̄m idem videre ⁊ videri:g̃ ꝓtingit idez et scdm idē agere ⁊ pati. In isto palogismo ñ exp̄mit illa falsa maxia p̄m quā arguit:sed eā tacet:⁊ verā ꝓponit:tñ virtute illi⁹ falsemaxie arguit. Ali⁹ mod⁹ est formādi palogismos scdz formā syllogisticā sic. Quecūq; sunt alba sunt pla:mulier est alba:g̃ plura. Quia.n.pla et alba silr terminant. Et plura est pluralis nūeri:credit q̄ alba sit pluralis nūeri: sic dicēdo: mulier est alba

Ad arta pncia Ctd p^m argumentū dico q̄ nō dz q̄ palogism⁹ appeat syllogism⁹ in dispōne termino:sz sufficit q̄ appeat illatio. Ctd aliō dicendū q̄ sophista nō exp̄mit illā falsam maximā p̄m quā arguit:sz tñ vtute illi⁹ arguit. Verūtñ intelligēdū est:q̄ cū in figura dictiōis intꝛptemur nō eadē esse eadē ꝓpter figurationē simlē vocis? Silr autē figuratio pōt esse ex pte pncipij sic ex parte finis. Alb⁹ eni simil⁹ figurat et qō est alba ex parte pncipij:sicut albati qō est scamna ex pte finis:si ergo moueamur aliqua esse eadē:que eadē nō sunt:ꝓpter silem vocis figurationē:siue hoc pueniat ex pte termi siue ex pte pncipij:sp figura dictionis erit.

Questio trigesimanona.

Veritur vtū cōmutatio vni⁹ p̄dicamenti in aliud causet figurā dictiōis? Videt q̄ ñ. q Nam segtur Sortes pcutit platonez:g̃ Plato pcutit a Sorte. Hic tamē mutat actio in passionē. Ctē segt:quātū est:g̃ suba est. Et segtur: q̄le est:g̃ q̄ntū est. Hic tñ cōmutat vnū p̄dicamentū in aliud:ergo cē. Item segtur Quicqd heri vidisti hodie vides:albedinez heri vidisti.g̃ cē. Hic tñ est cōmutatio cē. Ctd oppositū Ax. dicit q̄ figura dictionis est:quando nos intꝛptamur quale quantū:vel faciens patiens. Elen.c.2. Ctd questionem dicendū q̄ cōmutare rem vnius p̄dicamēti in rem alterius acceptam sub diuerso modo predicandi causat figuram dictionis:tamē cōmutare rem vnius p̄dicamenti in rem alterius sub eodem modo predicandi:forte nō causat figurā dictiōis. Verūtñ itelligendū est q̄ aliud est cōmutare rem vnius predicamenti in rem alterius: Et rez vnius predicamenti sequi ad rem alterius. Tunc enim cōmutat res vnius predicamenti in rem alterius:quando res vnius accipitur ac si esset res alterius. Et hoc ꝓpter aliquā simlem vocis figurationē. Et hoc vult Aristo:Dicit enim q̄ figura dictiōis est quādo inter pretat quale esse quid vel faciēs esse patiens. eodē.c.2. Sed ꝓpter hoc q̄ res vnius predicamenti sequitur ad res alterius:non accipitur res vnius predicamenti ac si esset res alterius:sed accipitur vt diuersa. Quando enim sic dicitur:Sortes percutit platonez:ergo Plato percutitur a Sorte:nō accipitur hic agere ac si esset pati. Significatur enim q̄ ad actionem alicuius vt agentis:sequitur passio alterius vt pacientis. Ctd arta pncia Per hoc patet ad duo argumenta prima. Ibi enī nō accipitur res vnius predicamēti ac si esset res alterius:sed denotatur q̄ ad rē vni⁹ p̄dicamenti:sequitur res alterius predicamēti. Ctd tertiū dico q̄ ly quicquid non distribuit soluz ꝓ his que sunt in gñe substātie. Immo absolute distribuit ꝓ his que dicūt quid. Sed in quolibet genere cōuenit re-

pire quid:et res cuiuslibet ꝑdicamenti vt dicit quid:Sub hoc qꝫ dico quicquid ꝑt accipi:vñ si ly quicquid soluꝫ distribuere ꝑ his que sunt in gñe substantie:forte hic esset figura dictiõis: quicquid heri vidisti hodie vides ꝛc.¶Ad argumẽtũ in oppositum dicendum qꝫ textus habet intelligi quando res vnius predicamenti sub vno modo accepta cõmutatur in rem alterius predicamenti acceptam alio modo.

Questio quadragesima.

Q Veritur vtrum cõmutare rẽ vnius ꝑdicamenti sub vno modo acceptã in rem eiusdem generis vl alteri⁹ sub alio modo acceptaꝫ sit sufficiens causa nõ existentie figure dictionis? Et videtur qꝫ nõ.Nam posita causa ponit effectus.Sed alicubi est cõmutatio vbi nõ est figura dictõis.ergo ꝛc.¶Probatio assumpti:naꝫ sequit:qcqd currit mouet:albũ currit.ergo ꝛc. Oppositũ cõclusionis nõ ꝑt stare cum premissis.Ista enim non stant simul:qꝫ nullũ albũ moueatur. Et qꝫ albuꝫ sit aliquid qꝫ currat ꝛ quicquid currit moueatur.Similiter hic est bon⁹ syllogism⁹, omnis homo currit:omnis homo albus est homo:ergo omnis homo albus currit. Nam ex oppositio cõclusionis cum minore infertur oppositum maioris sic:Nõ oĩs homo albus currit:oĩs homo albus est homo.ergo nõ omnis homo currit.¶Dicit qꝫ ex oppositio ꝛclusionis cum minore nõ sufficit inferre oppositum maioris. Sꝫ oꝫ qꝫ ex oppo^to ꝛ⁹nis cũ maiore iferat appo^m minorẽ:nã due ꝓmisse se hñt i rõne antecedentis respectu cõclusionis. Si aũt accipitur oppositũ cõclusionis cum maiore erit idem defectus qui fuit in ꝑori syllogismo.sic arguendo:omnis homo currit: non omnis homo albus currit:ergo non omnis homo albus est homo:hic est idez defectus ergo ꝛc. Sed ꝓtra quãdocũqꝫ ex oppositio ꝛclusionis cum altera ꝓmissarum infertur oppositus alterius premisse necesse est vtrũqꝫ syllogismũ esse bonũ:cũ ergo ex oppositio ꝛclusionis cum maiore inferatur oppositũ mĩoris;necesse est illũ syllogismũ esse bonũ. Probatio assumpti qñcũqꝫ alter syllogismoꝝ ꝓbantiũ est bonus:necesse est qꝫ ex oppositio ꝛ⁹nis cuꝫ vtraqꝫ premissaꝝ possit inferri oppositum vtriusqꝫ ꝓmisse. Hoc enĩ ꝛceditur ꝛ ꝓbat per hanc regulam:qñ ad añtedẽs sequit ꝛ̃ns ex oppositio ꝛsequẽtis sequitur oppositum añcedentis:sed alter syllogismoꝝ ꝓbantiũ primũ syllogismũ est syllogism⁹ verus:necesse est ergo qꝫ vterqꝫ syllogismus sit bonus.¶Item dicit qꝫ hic nõ est figure dictiõis fallacia. Omnis homo currit:hõ albus est homo:ergo homo albus currit. Nam hoc quod dico omnis vel quicquid distribuit ꝓ his que dicunt quid: sed tamen hoc signũ quicquid: distribuit ꝑ his que dicunt quid ꝛ sub ratiõe gd. Sꝫ hoc qꝫ dico omnis:et si distribuat ꝓ his que dicunt quid:non tamen sub rõne gd. Et iõ sub hoc qꝫ dico oĩs hõ:ꝑt accipi hõ albus.Sꝫ ꝓtra h ẽ figura dictiõis. Oĩs hõ qui heri cucurrit hodie currit:homo alb⁹ heri cucurrit.ergo hodie currit. Premisse enim possunt esse vere et conclusio falsa posito casu possibili. Hic dicitur qꝫ defect⁹ causatur ex diuersitate compositionis ꝑm tempus.nam cum vtroqꝫ signo accepta duplici cõpositione eiusdem temporis argumentum erit bonum:variata autem cõpositione vtrobiqꝫ deficiet. Nã diuersitas cõpositionum ꝑm tempus variat veritatem ꝛ falsitatem ꝛ habitudinem aliquoꝝ inter se ex identitate eorundem in aliquo tertio innatã. Sed cõtra ꝓtingit repire figurã dictionis sine diuersitate compositionuꝫ ꝑm tpa.Nam hic est figura dictionis: Quicqd auditur a platone ꝓfertur a sorte:falsum auditur a platone.ergo ꝑfert a sorte. Naꝫ ꝛclusio est falsa:ꝓmissis existẽtibus veris posito qꝫ sortes ꝓferat istam:nullus homo est asin⁹:ꝛ qꝫ plato audiat totuꝫ ꝓter signũ. Item cum diuersitate cõpositionum ꝑm tempora stat bonitas syllogismi. Nã hoc argumẽtũ est bonũ: Quicqd heri vidisti hodie vides:forte heri vidisti.ḡ ꝛc. Et:Quicqd heri vidisti hodie vides:albũ heri vidisti.ḡ ꝛc. Si dicaꝫ qꝫ nõ est sile de istis duob⁹:qcqd heri vidisti hodie vides: sortez:ꝛc.ꝛ qcqd heri vidisti hodie vides; albũ heri vidisti:ḡ ꝛc.qz iter subaꝫ ꝛ accñs cadit aliq̃ iplicatio media q̃ ñ cadit qñ sub

quicquid accipit aliquid qđ dicit qđ. Sed ꝓtra circa ly sortē ꝓuenit exprimere eandē implicationē: z tū arg. est necessariū: diuersitas ḡ cōpōnis p se nō causat defectū in argumento. ¶Ad oppo. hic est figura dictionis: Qđ scriptū est scripsit quis: fala oratio scripta est: ergo falsam orationē scripsit aliquis: z hic est cōmutatio. ¶Ad qōnē dōm est: q cōmutatio vnius modi ꝑdicandi in aliū modū ꝑdicandi est sufficiēs cā nō existentie figure dictōis: hoc tamē difficile est videre in qbusdā: nam istam cōmutationē cōcomutat diuersitas cōpositionū ꝓm tps: z qñ aliqđ qđ est causa p accns cōiūgit illi qđ est causa p se: difficile est videre qđ eoꝝ sit cā. Dicit enī Ax. in. 7°. metha. q si natura circuli nō possit repiri nisi in ere: difficile esse videre vtꝝ es eēt de eī° eentia vl nō sz qz natura circuli pōt repiri in alia materia qz in ere: vt ī materia lignea et cuprea: ideo facile est videre q es nō est de eentia circuli. Et silr est ō ista oratione: qcquid heri vidisti hodie vides ꝛc. nā hic sunt duo qꝝ vtrūq; videt esse cā figure dictōis s. diuersitas z cōmutatio: nā amota cōmutatōe diuersitate cōpositionis manente: argumētū apparet necessariuz: vt si sic arguit: qcquid heri vidisti hodie vides: sortē ꝛc. vñ neutꝝ p se videt esse cā defect°: sz vtrūq; simul. Ue runtū dōm. q cōmutatio solū p se est cā defectus: cui tū qñq; annectitur diuersitas cōpositionis. Sed tū diuersitas cōpōnis non est cā defect°: hoc ꝑz exemplo z rōne. Exēplo: nā h̄ est figura dictōis: Quicqd audit a platone pfert a sorte: falsū audit a platone. ergo ꝛc. Conclusio est falsa remanente ypothesi vt supra: hic tū non est diuersitas cōpōnis ꝓm tps. Rōne sic. nā in qlibet syllogismo neče est q vna ppō se hēat vt totum: reliqua vt ps decisa ab illo toto: nam ois syllogism° cōcludit virtute ꝓme figure. Sed nec quale sub rōne qlis: nec qntū sub rōne quanti se hīt in rōne partis decise ab eo q dicit quid: nec ecōuerso. Si ḡ sub eo qđ dič qd sub rōne toti° accipit: qle sub rōne ptis: ibi erit figura dictōis: et tū nō erit ibi diuersitas cōpositōis: hoc patet p illud exemplū. Quod scriptū est scripsit qs: falsa oratio scripta est. ḡ ꝛc. Naz ly qđ in maiori accipit sub ratione quid: z in minori comparatur ad hoc qđ dico: falsa oratio sub rōne qualis. ergo mutat quid in quale. Et h̄ est qđ vult Ax. putas ne qđ quis habuit et nō habet admisit illud. Ex hac cōcessa a respondēte: infertur. Decem digitos habuit quis z nō habet. ergo decē digitos admisit quis: hic est figura dictōis: nam hic mutat quid in quātū. naz decē significant quātū. Sz quādo est cōmutatio et quādo nō hoc potest dinosci exemplo z ratiōe preceden te. Cum identitas extremoꝝ inter se includat in identitate extremoꝝ in medio: alr ꝑpter premissas non sequeretur cōclusio. Si ergo mediuz cōpetur vni extremo sub ratione quid: z alteri extremo sub ratione qualis vel quanti. Si ista diuersitas lateat ꝑpter simile figurationē vocis: figura dictionis erit in argumento vt patet in isto exemplo: Quicquid auditura a Platone pfertur a sorte ꝛc. Res enim intellecta in hoc qđ dico quicquid: compatur ad h̄ qđ est proferri a sorte sub ratione quid: quia inqztum vox est z nō vt est significatiua veri vel falsi. Sed ad hoc qđ est falsum cōparatur sub ratione qualis Et ideo ibi commutatur quid in quale. Unde cōmutatio est causa non existentie figure dictionis. Sicut ergo in fallacia accidentis est defectus syllogismi z in figura dictionis est defectus syllogismi. Sed in figura dictionis occultatur nō existentia per similē figurationē vocis ad vocez: Sed in fallacia accidentis occultatur non existentia per vnitatem rei. ¶Sed contra: hoc est bonum argumentum: Iste dat vnum solum denarium: z non habet vnum solum denariū: ergo dat denarium. Et sequitur: dat denariuz. ergo dat quot habet: z non sequitur: Iste dat vnum solum denariuz: et non habet vnum solum denariuz: ergo dat quod non habet. Dic tamen sit eadem commutatio que fit in hoc argumento scz. Iste dat vnum solum denarium: z nō habet vnum solum denariuz. ergo ꝛc. Cōmutatio ergo non est causa precisa figure dictionis. Et dicendum q illud argumentū est bonuz: Iste dat vnum solum denariuz ꝛc. qui est primus paralogismus: nec est ibi figura dictionis. Et tamen in paralogismo Aristo. est figura dictionis. Cum enim dicitur: Iste

Ad qōnē

T. c. 24.

2°. elen. c. 5.

dat vnū solum denariū: duo dicūt scz dare denariū ⁊ modus dandi. In minori autez cum dicitur: ⁊ nō hz vnuz solum denariū: ibi solū negat modus hūdi ⁊ nō res ipa: ⁊ ideo res pōt cōcludi sic dicendo: ergo dat qō hz. Sed in palogismo arist. ex negatōe modi rei pceditur ad negationē ipi⁹ rei: ideo ibi cōmutat modus rei in rem. ¶ Ad pmū argumentū dōm q hic nō est figura dictionis. Quicqd currit mouetur: album currit: ergo ⁊c. Nō enī sumptio cuiuslibet denotantis qle sub aliquo denotāte quid: facit fallaciaz figure dictionis: sed solum si quale accipit vt ps decisa ipsius quid. Uñ ad formā argumenti dico q in ista ppōne maiore: quicquid currit mouet: attribuit moueri ipsi currenti accepto sub rōne qd In minori autem significat attribui rei cui accidit albuz: vnde est sensus: album. i. res alba ⁊c. ¶ Ad scdm dico q hic nō est figura dictionis: Omnis homo currit: homo albus est homo: ergo ⁊c. nam in minori. homo albus. nō accipitur sub rōne albi: sed sub rōne hominis cui accidit album: Et sic pz ad qōem. Quō q̄dragesimap⁹.

Ad pmū argumētū

Veriturvtruz

q commutare quale quid in hoc aliquid: faciat fallaciaz figure dictōis? Uidet q nō Nam si sic in consequentijs Aristo. in libro pdicamentoz̄ esset figura dictionis. Arguit enim sic. Si color est in corpore: ergo in aliquo corpore. Similiē si anima mouetur aliqua specie mot⁹ mouetur: hic tñ pceditur a quali quo ad hoc aliquid. Si dicatur q hic pceditur a quali quo ad quale quid: nam aliqué rōnem hz eius qō est quale quid. ¶ Contra Arist. ibidem p hoc intendit ostendere q oīa que sunt: vel sunt in primis substantijs: vel dicuntur de pmis substantijs: vnde per hoc quod est aliquod corpus videtur sumere substantiam primam ⁊ per cōsequens hoc aliquid. ¶ Item si talis cōmutatio faceret figuram dictionis sequeretur q in cōuersione vniuersalis affirmatiue esset figura dictionis: cōsequens falsuz ergo añs: cōsequentia pz. Nam sic dicendo. Omnis homo est animal: ergo quoddam animal est homo. In pma ly animal significat quale quid: ⁊ in secunda hoc aliquid. ¶ Item interpretari ea esse eadē que eadem sunt: nō facit figuraz dictionis: sed singulare ⁊ vniuersale sunt realiter idem: ergo ⁊c. ¶ Itē si cōmutare quale quid in hoc aliquid: faceret figurā dictōis: tūc ecōuerso cōmutare hoc aligd faceret figurā dictiōis: cōsequēs falsuz: ergo ⁊ antecedens: cōsequētia patet nam sicut cōmutare equale in quātū: facit figuram dictionis: sic ecōuerso: cōmutare quantuz in quale facit figuram dictionis. Falsitas cōsequētis patet. Nam tūc hic eēt figura dictiōis: Iste homo currit: ⁊ iste hō est hō: ergo ⁊c. Si dicat q ly hō in hac minori: iste hō est hō: nō significat quale qd sed hoc aliquid. Cōtra. tūc nō esset hic figura dictionis: homo est plato: sortes est hō ergo sortes est plato. Et ppterea in hac minori predicat supius de de inferiori: supi⁹ aūt respectu sui inferioris dicit quale quid ¶ Ad oppositū Arist. dicit q hic est figura dictionis. Coruscus est alter ab hoīe coruscus est hō: g̃ ⁊c. ¶ Ad qōnē dōm est q cōmutare quale quid in hoc aliquid: facit figuram dictiōis. Ltca q pmo itelligenduz est qd itelligim⁹ p quale quid et hoc aligd. Ad cui⁹ euidentiā itelligendū est q nomē speciei ⁊ nomen indiuidui eiusdē spēi eandem naturam important sicut hō ⁊ iste hō. Sed ista natura p nomē speciei ⁊ idiuidui diuersimode importat. Per nomē enim spēi importatur put sibi accidit vniuersalitas ⁊ pticularitas: p nomē aūt indiuidui importat put est hec natura. Nō aūt significandi pma est rō significandi eius qō est quale qd. Cui⁹ rōnem assignat Boe. nā qd dicit. Et circa pmā subam qualitaté determinat. Ista aūt eadē nā significata p terminū singulare p modū determinati dr hoc aligd. Uñ hoc aligd ⁊ quale qd sunt diuerse rōnes accipiēdi eandē nāz. Si aūt aligs interpretat hāc acceptiōez vl rōnē accipiēdi esse istam: et hoc ppter similitudinē vocis ad vocē: figura dictiōis erit. Si aūt ppter vnitaté rei fallacia accūtis erit. Et q: difficile ē videre diuersitaté rei ⁊ vnitaté rei: hz facile sit videre similitudinē vocis ad vocē: ideo paralogismi tertij modi: figure dictionis difficiles sunt ad soluendū: ppter causam

c.1.2⁹ ptis.

Ad qōnē

apparētie accītis annexam. ¶Ulteri⁹ est ītelligendū q nō omnis illatio a termino significante quale quid ad terminū significantez hoc aliquid facit figuram dictionis: sed solum illa in qua quale quid accipit ac si esset hoc aliquid vel econuerso. Et hoc est quando aliquid attribuitur ipsi cōmuni put cōmune est: et postea singulari put est hoc vnum sicut hic: Homo est species: Sortes est homo: ergo sortes est species.

Ad arta ꝑncipalia

¶Ad ꝑmā rōnē dom cum dicit: Color est in corpore tē. q hic ꝓceditur a quali quo ad quale quid: q; ly aliqd corpus rationez cōmunis habet vnde suppositā concernit: nam vniuoce de multis potest predicari. ¶Ad illud contra hoc: dico q licet prima substantia in re sit hoc aliquid: determinata tamen ꝑm intellectum potest habere rō nem cōmunis. Et vt substantia prima habet rationez cōmunis per hoc qd est aliqd corpus designatur: naz sicut prima substātia de hac substantia prima et illa predicat sic aliquod corpus de hoc corpore et illo predicatur. Unde si per hoc qd dico aliqd corpus: solum hoc corpus designaret. Ax. faceret fallaciaz ꝓsequentis sic arguendo: Color est in corpore ergo in aliquo corpore. ¶Ad aliud dom: q in cōuersione vniuersalis affirmatiue nō est figura dictiōis: Nam ibi non accipit quale quid ac si esset hoc aliquid: Sed ibi proceditur a termio significante quale quid: put stat ꝑ plurib⁹ suppositis ad eundē significantē hoc aligd tē hoc put stat ꝑ pauciorib⁹. Nam in ꝑma ꝓpōne significat q aial ꝑ aliquo sui attribuitur hoi ꝑ quolibet sui: et in scda q homo ꝑ aliquo sui attribuitur aiali ꝑ aliquo sui: vnde vniformiter accipitur in añcedēte et ꝓñte. ¶Ad aliam rōnē dico q licet termin⁹ cōis et suū suppositū ꝑ se sint realiter eadē: modi tñ significandi ei⁹ qd est q̄le qd tē hoc aligd sunt diuersi. Tñ cōmutare ista adinuicē ꝓpter silitudinē vocis cāt figurā dictionis. ¶Ad vltimū dico: ꝓcedendo qd inferē. Et cū dr tūc esset hic figura dictiōis. Iste hō currit: iste hō ē hō: ḡ hō currit. Dico q figura dictiōis ñ est hic: nā hoc aligd non accipitur ac si esset quale quid. Tñ in ista: Iste hō est homo attribuit ꝑdicatuz ei qd est hoc aliquid: sz nō solū sub hac rōne vt est hoc aliquid: sed vt secuz compatitur aliaz acceptionē. Tñ hic est figura dictiōis: Sortes est indiuiduuz: hō est sortes: ergo homo est indiuiduum. Ex istis sequitur plus vel vlterius q ꝓcedere a plurib⁹ determinatis ad vnum istoruz: est ꝓcedere a quali quo ad hoc aligd. Nam quando aliquid in ꝑmissis accipitur pro diuersis habet rationē cōmunis: et ꝑ ꝓsequens rōnez eius qd est quale quid. Accipitur ergo aliquod istorum respectu alicuius de quo illud qd habet rōnem cōmunis predicatur: est facere figurā dictionis. Sicut hic: Sortes est homo: plato est homo: ergo Sortes est Plato.

Quadragesimasecunda.

Queritur vtruz sub termino significante quale quid lateat diuersitas interptatoz in tertio mō figure dictōis? Videt q nō: naz diuersoruz locoz scōm speciē sunt diuerse cause apparentie ꝑm speciē sed figura dictionis et equocatio sūt diuersi loci ꝑm speciē distincti. Cum ergo in equiuocatione vnitas vocis ꝑm mām et formā fit causa apparētie: non pōt esse causa apparentie figure dictionis: vel sequitur q i tertio mō figure dictionis sit equocatio. ¶Itē in quolibet mō eiusdē loci sophistici debet esse eadez causa apparentie: nam modi eiusdē loci nō differunt specie. Cum ergo in primo modo figure dictionis similitudo vocis ad vocem sit causa apparentie: identitas vocis non erit causa apparētie in tertio modo. ¶Item in figura dictiōis silitudo vocis ad vocem est causa apparentie: sed vbi est silitudo ibi nō ē identitas: cum ergo silitudo vocis ad vocē sit causa apparentie in tertio modo figure dictiois: sequitur tē. ¶Ad oppositū. Figura dictionis est quidaz locus cuius principiuz motiuū est in voce: sed vbi diuersitas interptatorū sub termio signte q̄le qd latz: difficile est assignare cāz appentie sic̄ est in 3⁰ mō figure dictiōis: vt puta i isto palogismo: Hō est spēs: Sortes est hō: ḡ Sortes ē spēs: q̄re tē. ¶Ad qōnē dom q ꝫ ē duplex via et vtraq; ꝓbabilis. Prima q diuersitas iter ptatoz in 3. mō figure dictōis lateat sb termio signte q̄le qd. Nā cū ōfect⁹ occultet

Ad qōnē

per apparentiam in eisdem debet esse cā apparentie in ḡbus cooperta est causa nō exīntie. Sed vlter cā nō exīntie est diuersitas interptatoꝝ: sed diuersa interptata interpretant qñq; p diuersas dictiones vt in ꝓ° mō: figure dictionis: Luz sic arguit Secare z videre similiter terminātur zc. z tūc causa apparētie consistit in duabus dictionibus. Qñq; diuersa interptata interptantur p vnaz dictionē. Et hoc dupliciter: aut sic q dictio vnum sīgt z aliud concernit z tunc est secundus modus. Aut sic q dictio vnū sīgt z aliud appellat z tunc est tertius modus. Cum ergo in termino sīgnte quale quid lateat diuersitas interptatoꝝ z in eisdem est causa apparētie sub ḡbus latet causa non existentie vt dictū est: segtur q in tertio modo figure dictionis diuersitas interptatoꝝ lateat in termino sīgnte quale qd. Et hoc videt velle Aꝝ. in libro ꝓdicamentoꝝ: vbi dicit q oīs substātia videtur sīgre hoc aliqd z in ꝑmis substātijs indubitabile verū est. In secundis aute similr videt sub appellatiōis figura hoc aliquid sīgre. Verūm intelligendū est q simlis figuratio vocis ad vocem p se requirit ad figurā dictiōis. Qz aūt maioz idētitas i figura dictionis repiatur q̄ identitas similitudinis hoc accidit figure dictionis. Et per hꝝ ad rōnes. C Ad primā: Dico q vnitas vocis ꝑm materiā z formā p se regritur ad equocationē. Qz aūt vnitas vocis repiat in figura dictiōis hoc accidit et: sed tm ppt ꝑ mū argumentū dicendū q licz in tertio modo figure dictionis diuersitas interptatoꝝ lateat sub vnitate vocis: nō tm est equiuocatio. Nam in equocatione regritur q nomē significet diuersa. Sz terminus dicens quale qd in tertio modo figure dictionis nō significat duo. s. quale qd z hoc aliqd: sz solū q̄le qd z sub appellatiōis figura videt hoc aliqd significare. C Alia via probabilis est q silis figuratio vocis ad vocē est causa apparētie in figura dictionis: z in quolibet eius modo est hoc manifestū i primo modo. Nam Aꝝ. in secūdo huius sic formal paralogismū: Videre z secare similiter terminā. Videri z secari similiter terminātur. Sed secare significat agere ḡ z videre. Secari aūt significat pati ergo z videri. Sed contingit aliquid simul z semel videre z videri: ḡ agere z pati. C Si dicas q in isto paralogismo qcqd auditur a platone ꝓfertur a sorte: falsum auditur a platone ḡ zc. nulla est silitudo iter qcqd z falsum. Dicendū q paralogiçans penes scōm modū sic paralogiça: tfalsū z lignū silr terminātur: sed lignū sīgt qd: ergo et falsum significat qd: z si significat quid: sub quicquid potest accipi.

ca. 2. 2ª ꝑti.

Ad artam ꝑtem

ca. 5.

Questio quadragesima tertia.

Circa fallacias

c extra dictionem: queritur vtrū partialis idētitas alicuius habētis in se diuersas naturas vel rationes ad aliqd participās vnā illarū sit causa apparentie fallacie accidētis? Et videt q non. Nam tūc in quolibet bono syllogismo eet fallacia accidētis: ꝓñs falsum: ḡ z antecedens. Probatio ꝓñtie. Nam hic esset fallatia accidentis: Omnis hō est aial: plato est hō: ergo plato est aial. Nam aial in se includit diuersas rōnes: z ꝑm vnā illarū in cōclusione ꝓcludit de platone. C Item diuersoꝝ locoꝝ ꝑm spēm diuerse debēt cāe apparētie: sed partialis idētitas ē causa apparētie in ꝑm qd z simplr: qz partialis idētitas alicuius dicti ꝑm qd ad idem dictum simplr est causa apparentie ibidem. C Ad oppositū Aꝝ. dicit q fallacia accidētis est: qñ aliqd similiter attribuit rei subiecte z accidēti cū tm dissimiliter insit. Sed si nulla esset ibi identitas: nulla esset ibi apparētia: z sic totalis identitas nullus esset ibi defectus: ergo zc.

Questio quadragesimaquarta.

Queritur vtrū

q supius possit accidere suo inferiori? Et videtur q nō. Nam Aꝝ. ꝑmo physicoꝝ dicit: Qd vere est nulli accidit: sed aial vere est: ḡ nulli accidit. Qd animal sit illud qd vere est: ꝓz: nam aial est substantia: suba aūt est id qd vere est cum nulli accidat. C Item supius est de intellectu inferioris. ergo zc. C Item. accidens pōt inesse z nō inesse subiecto: sed supius

T. c. 26.

non

non pōt nō esse i suo inferiori manente in
inferiori: g̃ ꝛc. ¶Ad oppositū Ari. in p° huj°
ca.4. Dicit q triangulo accidit figura: sed figu-
ra superi° é ad triāgulū: g̃ ꝛc. ¶Ad p^am q̃
Ad p̄maz stionē dicēdū q partiale idētitas alicui° ha
qōnem. bētis in se diuersas rōnes: ad aliquā earū
est cā apparētie fallacie accidētis: nā tegit
defectū accidētis: ꝛ fallaciā accidētis ab ali
is locis distinguit. ¶Primū ptz in isto para
logismo: ¶Dō é spēs: plato est hō: g̃ plato est
spēs. nā partialis idētitas de ly hō put i se
icludit diuersas rōnes p quaz vnā pōt sub
stare accidēti intētiōali: ꝛ p aliā conuenire
singulari ad platonez: facit credere q ge-
quid pōt p̄dicari de hoīe qō possit p̄dicari
de platone. ¶Secūdū pz. ¶Per hoc enim
q entis apparētia accipit a pte rei distingui
tur a locis in dictiōe: quō ām distinguaī ab ali
.1.elen^o is locis extra dictionē hoc patebit. Et hoc
ca.5. est qō dicit Ari. in illo ca. Fallacia aūt fit in
Ad arg^ta hīs. Dicit. n. q fallacia accidētis puenit ex
p^c qōnis eo q nō pōt diuidere inter idē ꝛ diuersuz
vnū ꝛ multa. ¶Ad p^m arg^m dō: negādo cō
sequētiā. Ad p̄bationē ei° cū dō: q superi°
in se icludit duas naturas. Dicēdū q licet
aīal in se icludat duas naturas ꝛ p̄m vnaz
eaz cōueniat suo inferiori: qr tñ iste rōnes
nō sūt extranee vt ad tertiū cōparāt. Jō in
illo syllogismo nō é fallacia accidētis. Ad
hoc eni q sit fallacia accidētis requirit q
ille rōnes sint sibi repugnātes vt ad tertiū
cōparāt. ¶Ad aliud dicēdū q inferi° pate
bit: qnō ptialis idētitas sit cā apparētie p̄m
gd ꝛ simplicit. Vel pōt dici ad rōnē q rō-
nes diuerse icluse in termio paralogismi
accidentis sūt ita repugnantes q vna eaz
nec includit in se nec simpliciter nec dimi-
nute aliā: sed in dicto p̄m gd diminute iclu
Ad 2^am dit dictū simplr. ¶Ad aliā qōnē dicēdum
qōnem q accidēs dr tripliciter. Uno mō qō adue
nit rei post cōplemētū ei°: ꝛ sic dicim° om-
nia nouē genera eē accidētia. Alio mō dr
accidēs qō aduenit rei: ꝛ est extra ei° intel
lectum. Et isto mō potest dici q inferi° ac-
cidit suo supiori. Naz in intellectu supioris
nō icludit inferi°. Tertio capit accidēs p il
lo qō est extraneū alteri put ad tertiuz cō-
parat. Et hoc mō nō solū inferius accidit
superiori: sz superi° iferiori: vt figura triā-
gulo. Nam rō ipsi° figure est extranea rōi
trianguli, put triangulo cōuenit hec pars
habere tres ꝛc. per se ꝛ p̄mo. Et isto tertio
mō accipit accidēs in fallacia accidētis. Uñ
qñcūq; in aliquo discursu syllogistico acci
pitur termin° includēs in se diuersas ratti-
ones: ita q iste termin° accept° sub vna rō
ne est extraneus sibipsi vt sub alia ratiōe
accipit ꝛ p vnā illaz rōnū cōparatur vni
extremo: ꝛ p aliā alteri. ibi erit fallacia acci
dentis: vt hic: hō est plato: sortes est, hō: g̃
sortes é plato. De accidēte intelligēdū é q
maior ꝛ minor ꝛ medū, pōt habere rōnez
accidētis. Unde Ari. dicit q fallacia accidē-
tis é quādo aliqd similiter attribuitur rei
subiecte ꝛ accidēti inesse: cū tñ similiter nō
insit. Unde ibi vult minorez habere ratio
nem accidētis: sed tñ magis ꝓpie ille ter̄i
nus includēs diuersas ratiōes pōt dici ac-
cidens. ¶Sed intelligēdū est q quidā con
fiderant fallaciā accidētis q̄tum ad fieri:
ꝛ quidā q̄tum ad factū eē. Cōsiderātes pri
mo mō dicūt minorem habere rōnem acci
dentis. Nam ante additionē minoris non
fit aliqua variatio: licz eni medū in se iclu
dat diuersas naturas: tñ p̄m vnā eaz tñ cō-
paratur subiecto ante additōem minoris
Cōsiderantes secūdo modo dicūt q termi
nus includens in se diuersas naturas de-
bet dici accidens: quia ex illo termino ca-
pitur tota variatio. tamē p̄m p̄bm quilibet
terminus potest habere rōnem accidētis.
Rationes soluuntur in questione.

Questio quadragesimaquinta.

Queritur vtruz fal-
lacia acci-
q dentis possit causari ex va-
riatiōe alteri° t̄mini q̄z me-
dij syllogistici. Uel vtrū pos-
sit causari indifferenter ex
variatiōe maioris minoris ꝛ medij? Et q
ex variatiōe medij solum: p̄batio. Nam fal
lacia accidentis causat ex diuersa copara-
tione alicuius termini ad diuersa: sed in p̄
missis nihil potest cōparari ad diuersa ni-
si medium: qr in p̄missis nullus termin°
bis accipitur nisi medius terminus: ergo
ꝛc. ¶Item si medium non fit variatuz ne
cesse est extrema cōiungi: sed in fallacia ac
cidentis cōclusio non sequitur ex necessita
te: ergo necesse est medū variari. Assum

ptum pz. Nã quecũq; vni ꝛ eidem non variato sũt eadẽ: ipa inf se sũt eadẽ. Si dicat ad istas rõnes q maior sub vna rõne ipsi medio i pmissis põt cõpari. ꝛ sub alia minori in cclusiõe. Et per pñs ibi erit accñs ex variatione maioris. Contra. habitus ꝛ priuatio habent fieri circa idem. sed fallacia accñtis ẽ tũ ad sui non existentiã: est priuatio formę syllogistice. nam pecat diffinito syllogismo. sed forma syllogistica solum cõsistit in premissis ergo fallacia accñtis solum causat ex variatione in premissis. sed nihil potest variari in premissis nisi medium: ergo ꝛc. Assumptum pz. nam p Arist. p° prio ꝛ quando mediũ est in toto primo ꝛ postremus in toto medio: necesse est extrema contungi. Item conclusio est aliud a premissis vt patet intuenti eius diffinitõnem Item intellectus conclusionis includitur in intellectu pmissarũ. sicut ergo termini accipiũtur in premissis: sic necesse est accipi in conclusione. aliter enim propter premissas non sequenter conclusio. si ergo non fit variatio in premissis non erit variatio in conclusione: Sed in premissis nihil potest variari nisi medium: quia variatio non est absq; bina acceptione alicuius termini: sed nihil bis accipitur in pmissis nisi medium ergo ꝛc. Ad oppositũ phs dicit in secundo huius: q hic est fallacia accidẽtis: Iste canis est tuus: iste canis est pater: ergo est tuus pater. Iste enim terminus canis non variatur: sed solum ly tus: quod est maior. in qua accipitur ratiõe possessionis. Significat enim q iste canis est tua possessio. in conclusione autem accipitur ratione efficientis ¶ Potest etiam causari ex variatiõe minoris vt patet hic: Sortes est individuum: homo est sortes: ergo homo est individuũ: Hoc etiam patet per rationem. Nam fallacia accidentis accidit ex diuersa comparatione et extranea alicuius ad diuersa. Sed quilibet terminus sub diuersa ratione ꝛ extranea potest cõparari ad diuersa. ergo ꝛc. Ad questionem dicendum. q fallacia accidẽtis potest causari ex variatiõe maioris: minoris ꝛ medij: differẽter tamen Nam medium variatum secundum diuersas rationes comparatur vni extremo ꝛ alteri: Sed extremus variatum scõm vnam rationez cõparatur medio ꝛ scõm aliam rationem alteri extremo in conclusiõe. Ratio huius est ista: Nã fallacia accidentis est immediate defectus formę syllogistice: sz forma syllogistica nõ solũ pfistit i pmissis sz ẽt i pclusiõe. ꝯ variatio que est in fallacia accidentis potest esse in premissis ꝛ in conclusione. Medius aũt non ingredit conclusionez. Potest igitur causari ex variatiõe alterius termini q̃z medij. Assumptum patet. s. q forma syllogistica non solũ consistit in pmissis Nam syllogismus est quedam habitudo inferens cõclusionem tãq̃z consequens ex premissis ꝛ tanq̃z ex vno antecedẽte. vnde due pmisse se habent in ratiõe vnius antecedentis respectu cõclusionis. Hoc etiaz patet ex modo ꝛ figura syllogismi que sunt quasi quedam dispositiões consequẽtes ipsum syllogismum. Modus autez distinguit a modo per conclusionem. Si enim ex istis premissis: Oñis homo est animal: omne risibile est homo: inferat ista cõclusio. ergo omne risibile est animal. est primus modus prime figure. Si autem ex eisdem premissis inferatur ista conclusio: ergo quoddã animal est risibile. est quintus modus prime figure. Figura autẽ a figura distinguitur p cclonẽ. vt pz i syllogismo ex oppositis. Si enim sic arguit: nulla disciplia ẽ studiosa. ois disciplia ẽ studiosa ꝛ infertur pclusio ista: ꝯ nullũ studiosum est studiosum. est dispositio tertie figure. Si autem ex eisdem premissis inferatur ista pclusio. nulla disciplina est disciplina est dispositio secũde figure. cum ergo pclusio diuersificet modum ꝛ figurã: que sunt dispositiõnes consequentes ipsum syllogismũ: videtur q de ratiõe syllogismi sit conclusio. Hoc etiam patet p exempla. Et p° in prima figura. Nam hic est fallcia accidentis: homo est species: sortes est homo: ergo ꝛc. Et hoc est ex variatione medij. Sed si arguatur sic. Sortes nõ est species: sortes est hõ: ergo hõ nõ est species. Hic ex variatiõe eiusdem termini causat accñs. p° tñ fuit mediũ ꝛ nũc est minor extremitas. De variatione maioris in prima figura. Exemplum. triangulus habet tres angulos per se ꝛ primo: figura est triangulus: ergo ꝛc. Hoc quod est habere tres di-

capi. 7.

ad qõnẽ.

nersimo de cõparatur medio ꝛ ipsi minori: hꝫ e aũt tres est maior extremitas. In secunda figura hoc patet. Illã hic est fallacia accidentis. Sortes nõ est spẽs: hõ est species: ergo hõ nõ est sortes: ex variatiõe minoris. Et ex variatiõe maioris sicut. Hõ é species: Sortes nõ est species: ergo Sortes nõ est homo. In tertia figura ex variatione minoris sic: Sortes nõ est spẽs. Sortes é hõ: ergo ꝛc̃. Ex variatiõe maioris sic. Omnis triangulus hꝫ tres ꝑmo: triangulus é figura: ḡ ꝛc̃. Sic ergo patet ꝙ arguẽdo p eũdẽ paralogismũ affirmatiue i vna figura: ꝛ negatiue i alia: medius terminus variat⁹ i vno syllogismo erit maior vl̃ minor in alio. Q; aũt necesse sit eundẽ terminum variari in paralogismo affirmatiuo ꝛ negatiuo patet per hoc ꝙ quelibet ꝓpõ in fallacia accidẽtis vox est: aliter enim sub vnitate vocis lateret multiplicitas: ꝛ esset locus in dictiõe. Sed sic arguendo. Hõ é species: Sortes est hõ: ergo Sortes é species: ly sortes nõ variat: ḡ in isto paralogismo: Sortes nõ est species: Sortes est hõ: ergo hõ non é spẽs: nõ variabitur: cũ vniformiter accipiatur affirmatiue ꝛ negatiue. Sed hic é fallacia accidẽtis ꝛ nõ ex variatione medij qõ est ly sortes: ergo ex alterius variatiõe. Patet ergo cum dicit. Hõ é species, sortes é hõ: ergo ꝛc̃. Qõ hic ẽ accidẽs ex variatione medij i prima figura. Si iste terminus fiat medius in tertia figura adhuc erit accius ex variatiõe eiusdez termini: vt homo é species: homo é Sortes: ergo ꝛc̃. Et ex variatiõe alterius termini q; medij in tertia figura sic. Non sortes é spẽs. Sortes est hõ ergo nõ hõ est species. Cõclusio est falsa: ꝛ ꝑmisse sunt vere ꝛ variat minor extremitas. Similiter si sit syllogism⁹ in secũda figura vt sic. Hõ est species: nõ sortes é spẽs: ergo nõ sortes est hõ. Cõclusio é falsa ꝛ ꝑmisse vere. In quolibet ḡ paralogismo accidẽtis est accius penes variationem terminꝰ: qui i aliquo paralogismo é maior in aliquo minor: ꝛ in aliquo medius. Ad videndũ aũt qñ medius est variatus: ꝛ qñ nõ ſm quosdã vtendũ est tali regula. Sumẽdum est medius cũ reduplicatione alterius extremi: Et si medius sic sumptus vere cõueniat alteri extremoꝝ: tunc nõ est variatus. Si aũt nõ vere cõueniat tunc é variatus. Alij dicũt ꝙ est semp cõsiderandũ ad subiectum ꝛ accius: vtrũ differant inter se ꝛ in tertio vel nõ. Si nõ: non fit accidens sicut hic: Percutio sortẽ: Sortes est veniens: ḡ percutio venientẽ. Si aũt differant inter se ꝛ i tertio tũc é accius: vt hic. Cognosco coriscum: coriscus é veniẽs ḡ ꝛc̃. Aliter dico qõ considerandũ ẽ: vtrũ oppositũ maioris extremitatis cõuenire possit medio: hꝫ ꝙ medius cõuenit minori extremitati: ꝛ si sic tunc est accidẽs: vt hic: animal é genus: hõ est aial ḡ ꝛc̃. Ad primũ arg^m cũ dicit: ꝙ fallacia accius nõ causat absq; diuersa cõparatiõe alicui⁹ termini ad diuersa: dico ꝙ verꝫ é. Et vlteri⁹ cum dr̃ in premissis nihil põt variari nisi medi⁹ terminus. Concedo. Hõ rõ cõcludit ꝙ in premissis nõ põt esse accidẽs absq; variatiõe medij: ꝛ hoc cõcedo. Ad scõm cũ dr̃: si medius sit vnus necesse est extrema cõiungi. Dico ꝙ si medium est sic vnũ in cõparatiõe ad extrema: necesse est aliquã cõclusionẽ sequi: vt illã in qua extrema habẽt vnitatez: sed tñ per medũ sic vnũ non opz illã cõclusionem q; accipitur in paralogismo accidentis seq. Ad rõnes in oppositũ. Ad ꝑmã dõm ꝙ forma syllogistica cõsistit in premissis vt ordinat ad cõclusionẽ. Unde ex hoc nõ sequit ꝙ accidẽs solum causet ex variatiõe medij: nam licet nullus termin⁹ i ꝑmissis posset variari nisi medius: si tñ ꝑmisse cõsiderent rem̃ ꝛdonis iferẽde quilibet termin⁹ põt variari: nã sic quilibet termin⁹ bis accipit. Ad aliũ: cũ dr̃ ꝙ cõclo é aliud a ꝑmissis: dico ꝙ hꝫ cõclo sit aliud a ꝑmissis: non tñ é aliud a syllogismo. Ad vl^m cũ dr̃ ꝙ cõclo icludit i ꝑmissis. Dico ꝙ illa ꝛdo q; sequit ex ꝑmissis i ꝑmissis icludit: sed tñ illa cõclo q; iferꝫ ex variatiõe maioris rem̃ medij ꝛ minoris in cõclusiõe i itellectu ꝑmissarũ nõ includit. Q. 46.

Queritur vtrum ꝓcessus a re subiecta ad accius faciat fallaciã accidentis? Et videtur ꝙ sic: q. Aristoteles dicit ꝙ accidẽs fit eo ꝙ nõ est necesse quod de re dicit de accẽte dici. Item hic est accius. Tu cognoscis corv- 1. elẽ. c. 3.

scũ: cozuscus est veniẽs: g̃ zc. z ꝓcedit ꝟ a re subiecta ad accidẽs. ¶ Ad oppositũ. hec ꝓña é necessaria: Ois edificator edificat: ꝟ albũ est edificator: g̃ hoc albũ edificat: qz ñ stant sil' q hoc albũ nõ edificet z sit edificatoz: z q ois edificator edificet. Dicendũ q accñs peccat imediate ꝓtra syllm. Ad vidẽ dũ ergo qñ est accñs z qñ nõ: videndũ est ꝑmo qd facit necessitatẽ i syll'o: cognoscit enim ꝓpter quid habitũ. Unde itelligenduz est q tota necessitas sylli est i hoc q medũ ad qꝫ vnifozmiter extrema sunt cõparata sub vna rõne accipit. Qñcũq; g̃ extrema accipiũtur adiuicẽ cõparata ad mediũ ꝑm varias rõnes accidẽs est. Et possibile é aliqñ q cõiungant sz hoc nõ erit pp cõparationẽ quã hñt extrema ad mediũ: ꝟ manifestũ est i oib⁹ exẽplis Ari. Tu cognoscis oé bonũ: qꝫ volo iterrogare é bonũ: g̃ zc. Ista cõclusio nõ segtur qz hoc qꝫ dico bonũ sub diuersa rõe cõparat ad hoc. Tu cognoscis: z ad ꝟ: qꝫ volo iterrogare: qz hec ꝓpõ scilz: Tu cognoscis oé bonũ: vera est sub rõne q̃ bonũ. Sed cũ dr: Quod volo iterrogare é bonũ: hoc qꝫ dico bonũ: accidẽs est huic qꝫ volo iterrogare: put bonũ cadit sub cognitiõe tui. Et iõ nõ cõiungũtur extrema. Et breuiter itelligendũ est: q qñcunq; aliqs terminus vnit cõparat⁹ accipit sub alia rõne vt est alteri termino cõparatus. Si ille rõnes nõ necessario se includunt accñs é. Et hinc cõcludo q si rõ sub q̃ sumit res subiecta ivna ꝓpõe sit extrãea rõi sub qua sumit in alia: in tali ꝓcessu accñs erit. ¶ Ad primã rationez dico q Aristoteles intelligit qñ rõ vni⁹ termini é extranea rõni alteri⁹ ꝑm q ad aliqꝫ tertiũ cõparat sicut dignũ é: vt hic: Iste canis é tu⁹ zc. Rõ. n. eius qꝫ é tuus ꝑm q cõparat ei qꝫ é canis: extranea é a rõne eiusdẽ ꝑm q comparat ei qꝫ é pater. ¶ Ad aliud dico q ille ꝓcessus nõ valet: qz ꝓced itur a re subiecta ad accidens quod est ei extraneum.

Ad qõnẽ.

Ad ar^ta ꝓncipalia

Qõ qdragesimaseptima.

q

Veritur vtruz variatio medij sit sufficiẽs causa nõ existentie in fallacia accidentis? Et videtur q nõ. Nam posita causa de necessitate ponitur effectus: sed medio variato nõ est necesse fieri accidens. ergo zc. Probatio assumpti ꝑ syllogismos vtiles: nam matore exite de necessario z minore de cõtigẽti: sequit cõclusio de cõtingenti. Nam segtur: Omnis hõ de necessitate é animal: cõtingit ad vtrũlibet albũ esse hominẽ. ergo contingit album esse animal. Et similiter sequitur. Omnis hõ de necessitate é aial: album é homo: g̃ album é animal: z tñ medium hic vt homo: diuersa rõne cõparat matori z minori. qz matori cõparatur sub modo necessitatis. minori autẽ ꝑ notaz cõtingentie: vel per⁹ verbũ de inesse. ¶ Item mediũ respectu matoris habet rõnez partis; respectu minoris habet rõnem totius. Et ideo diuerse sũt rõnes variãtes mediũ non ergo causat accidẽs variatio medij. ¶ Ad oppositum. Mediũ variatũ est duo media vel habet rõnem duoꝝ mediorꝝ. sz duo media nõ vniunt extrema. ergo zc.

